vero ⁊ aer non. ⁊ dans cauſam dicit ꝙ omne calidum eſt pu rum. igne autem nil eſt calidius aer autem eſt igne plenus. Quartum dubium: quare epidimia accidit magis circa fi nem eſtatis ⁊ principium autumi ꝙ alijs tēporibus. cum aer tunc ſit frigidus ⁊ ſiccus minus putreſcibilis ꝙ alijs tempo ribus. Quintum dubium quare tempore peſtilentie hij qui dem moriuntur: hij quidem viuunt. Sextum dubium que corpora leduntur facilius in epidimia an corpora dilatata in poris: an corpora ſtricta an calida: an frigida. Septimū dubium cum ſuperiora gubernent hec inferiora ⁊ maxime ſol ⁊ luna, vt primo metheororū Ariſtoteles: neceſſe eſt hūc mundum ⁊c. quomodo poſſunt eſſe cauſa noſtre corruptio nis ⁊ mortis: vt dicit Ariſtoteles primo celi. Octauum du bium quare alique aues conſuete in altum ſtare veniunt ad terram. ⁊ alique que in terra ſtare conſueuerant: vadunt in altum. Nonum dubium quare moriuntur homines ⁊ non boues nec reliqua animalia. ⁊ quare aliqua pereunt: ⁊ aliq̄ non: cum ſit cauſa vniuerſalis. Decimum dubium quare iuuenes fortes moriuntur in peſte ⁊ non vetule. Undeci mum dubium quare podagrici raro ex peſte moriuntur. Duodecimum dubium quare poſt guerras communiter pe ſtilentie fiunt. Tertiumdecimum dubium. an aleum confe rat in peſte. Quartumdecimum dubium an puluis conſtri ctus ex bolo armenico ⁊ aloe ⁊ myrrha ſit communis in pe ſte ſm ꝙ quidam medici ſcripſerunt. Quintumdecimum dubium an vſus arangiorum ⁊ rerum acetoſarum ſit vtilis in peſte. Sextumdecimum ⁊ vltimum dubium quomodo aer infectus a corde trahitur. Non enim videtur: ꝙ trahat. quia: non vt ſimile: nec vt contrarium.

a D primum dubium dico: ꝙ reſponſio ſtat in hoc ꝙ valde plus confert tiriaca ſua proprie tate ⁊ forma ſpecifica ⁊ ſua exſiccatione prohi bente putrefactionem ⁊ putredinē ꝙ noceat ſua caliditate. qm̄ dat̄ i q̄ntitate valde pauca.

Res enim in pauca quantitate date per qualitatem modi-
cum operari poſſunt. que tamē per formam ſpecificam mul
tum operantur: quoniam qualitates in actione pl⁹ requirūt
quantitatem ꝙ forma ſpecifica. ⁊ hoc quia qualitas eſt res
materialior illa ceteris paribus. Nam pauciſſima res in ꝗn
titate agit magnam impreſſionem a forma ſpecifica. vt ſen-
ſit Galienus. iij. de interioribus.

AD ſecundum dubium triplex eſt reſponſio vna
conciliatoris quia non dicitur ꝙ pulſus non al-
terutur: nec vrina dicit Conciliator ꝙ ideo non
alteratur pulſus quia quia virtus non attentat
inſurgere contra morbum: ſed vertit ſe ad corpora vt guber
net ea velut in ſanitate. De vrina dicit ꝙ proprium eſt febri
peſtilentiali cordi inherere vehementer: ſic ꝙ nocumentum
eſt in corde ⁊ non in epate ⁊ aliis membris nutritiuis ⁊ ꝓpt
hoc vrina naturalis videtur exiſtere ⁊ ideo vrina in morbo
diuturno ſic permanens indicatur mortalis a Damaſceno.
Et eſt in hoc alia ſolutio: ⁊ verior forte ꝙ ſicut accidit in ae-
re. ꝙ quando fit peſtilentialis quia non fit ex multa intenſio
ne caliditatis imo ex corruptione ſue ſubſtantie cum calidi-
tate quadam tepida obtuſſa que eſt contraria nobis a tota
forma ſpecifica. Ita directe accidit humoribus noſtris cum
putreſcunt ab aere peſtilentiali ⁊ putrido: quoniam in eis at
tenditur caliditas tepida venenoſa vt infirmus nec febrem
ſentiat intus nec extra multam intenſionē caliditatis. ⁊ ta
men anguſtie fortiſſime ſunt. Unde licet illa caliditas modi
ca ſit: eſt autem magis preter naturam ꝙ alia intenſiſſima
in aliis febribus. Unde Galienus ponit. iij. de criſi aliquan-
do febris eſt male materiei de febribus interficientibus. ⁊ ta
men non erit fortis calor. quia ergo in tali febre eſt debilis ca
liditas: eſt poſſibile ꝙ non alteretur pulſus magna alteratio
ne in differentiis pulſuſque ſequitur magnitudinem caloris
que ſunt magnitudo velocitas ⁊ frequentia. ſed quātum ad
differentias que ſequuntur aggregationem virtutis moleſti

am ſemper pulſus alteratur magna alteratione. Nam infir
mus percipit anxietatem ⁊ anguſtiam in tali febre. ita vt be
ne ſecū non quieſcat lectus eius. Tertia ſolutio dari poteſt
quia alteratur pulſus: ⁊ hoc in comparatione ad eius mali-
ciam. ⁊ dr̄ ꝙ non alteratur in principio. ⁊ cum dicit Auice.
ꝙ heſitant medici exponitur: heſitant. ſ. dubitando an ſit fe
bris. vel heſitant. ſ. quia non alteratᷓ alteratione magna.

AD tertium dubium reſpondet Auicena: ꝙ aer
ſimplex ⁊ purus vt eſt in ſphera ſua propria non
putrefit. ⁊ de illo loquitᷓ Ariſto. locis allegatꝭ: ſꝫ
mixtus cum vaporibus terreſtribus ⁊ aquoſis be
ne putrefit. eſt. n. ſic a ſimplicitate ſua remotus. Vñ aer qui
nos circundat: non eſt aer purus. Vñ Auicena namqꝫ cum 2a
aerem dicimus. volumus dicere aerem ſimplicem mundum. doc
quare ipſe non eſt aer qui nos circundat. ⁊ quia ignis eſt ſim
plicior ⁊ magis immixtus: minime putrefit. Vñ philoſo. iiij.
metheoroꝝ oīa alia putreſcunt excepto igne. ⁊ demū terra
⁊ aer putreſcunt ⁊ aqua. quare ⁊c̄. de illo ergo aere loquitur
philoſophus in problegmate.

AD quartum dubium dicendū: ꝙ cauſa eſt multiplex.
Prima ꝙ aer ex̄ns ſubtiliatus valde a caliditate pre
cedenti intenſa redditᷓ aptꝰ recipere qualibet impreſſio
nem a vaporibus ⁊ fumis in ſimul cōmixtꝭ. Vñ ſi tales vapo
res in aere exiſtentes putreſiunt: totum aggregatum exꝰ eis
⁊ aer redditur putridus. Secunda cauſa eſt quia caliditas
eſtiualis exſiccando ⁊ reſoluendo humorem predictum ꝓhi
bet putredinem: ⁊ eoꝝ magnam aggregationem tempore
vero remiſſa eſt caliditas. Vñ vapores iſti non conſumūtur
nec reſolbuntur ſed exſiccantur. ⁊ ideo facilius putreſcunt.
Tertia cauſa eſt quia tunc magis multiplicantur venti ad-
ducentes ſecum aliquando malos morbos ⁊ vapores a locꝭ
prauis. qui poſtmodum remanētes in aere ſunt cauſe putre
factionis ⁊ peſtilentie. ⁊ aliquando etiam venti ſunt cauſa
ceſſationis peſtilentie portando vapores corruptos ad alia

loca.licet hoc raro contingat propter aerem recluſum in do-
mibus contagiatum ſeu infectū particularib⁹ cauſis.¶Quar
ta cauſa quia in corporibus humanis tunc multiplicantur
plures ſuperfluitates:cum naturales virtutes ſint debiles ꝑ
pter diuerſitatem temporum diſſoluentem calorem natura-
lem ex motu intus ⁊ extra.¶Quinta cauſa eſt quia abundāt
fructus in maiori quantitate tunc temporis diſponentes cor
pora ad putrefactionem ex nimio vſu eorum. Sexta cauſa
eſt quia corpora ſunt quodammodo vſta ⁊ areſacta in cali-
ditate eſtatis ⁊ corpora multa ⁊ in autuno clauduntur ma-
li chimi ab intra:frigiditate ſuperueniente claudente poros
que poſt reduuntur cauſa malorum morborū peſtilentialiū.

AD quintum dubium dicitur ꝙ reſponſio in hoc
conſiſtit.⁊ eſt Alexandri in ſuis problegmatib⁹
qui dicit hoc accidere ex diuerſitate corporum ꝑ
pter diuerſitatem compoſitionum ⁊ preparatio
nem naturalium complexionum ⁊ accidentalium in eis re-
pertarum.¶Corpora autem maxime ad febrem peſtilentialē
diſpoſita ſunt corpora cacochimica:⁊ malis humoribus ple
na:⁊ non humida ⁊ vtentia coitu ſuperfluo:⁊ latorum poro-
rum ⁊ vtentia multa valneatione calida homogenea putre
factioni aeris ⁊ exiſtunt contraria vero non:eſt ergo in cau-
ſa peſtilentie fortitudo agentis diſpoſitio paſſi ⁊ contactus
cum mora agentis in paſſum.⁊ iſte contactus eſt aproxima
tio aeris vndiqꝫ intus ⁊ extra nobis occurrentis. Habet.n.
ineuitabilem neceſſitatem.vt Galie.in tegni ⁊.ij.de ingenio
ſanitatis.

PRo euidentia ſexti dubij eſt ſciendum ꝙ que-
dam ſunt corpora habentia poros latos natu-
raliter.vt calida ⁊ humida:quedam ſtrictos vt
frigida ⁊ ſicca. Item quedam habent opilatio
nes reddentes poros ſtrictos:⁊ quedam ſunt nō
habentia opilationes aliqꝫ ⁊ iuxta hoc dico q̄tuor. Primū
ꝙ corpora habētia poros ſtrictos nāliter ⁊ nō opilatos, vt q̄

dam corpora melancolica putavetule in aere peſtilentiali le
duntur minus alijs corporibus ceteris paribus. quia modi-
cum attrahunt de aere per anhelitum propter eoꝝ remiſſaꝫ
cordis caliditatem ⁊ propter neceſſitatem paruam euentan
di. etiam quia per poros modicum aeris penetrat quia ſtri-
cta ſunt. ⁊ etiam aer ille qui attrahitur modico tempore re-
tinetur: quia vie non ſunt oppilate. ⁊ etiam quia habēt qua
litates primas prohibentes putrefactionem. ſ. frigidas. De ſe
cundo ꝙ corpora habētia poros latos naturaliter ⁊ ſtrictos
propter oppilationem ⁊ ſunt corpora repleta ſuperfluitati-
bus (ꝙuis ſint robuſta) magis reduntur in aere peſtilentia
li ceteris alijs corporibus. primo quia multum aeris attrahi
tur per anhelitum: ⁊ etiam quia opilationes ſunt in eis: aer
attractus diu retinetur. ⁊ ideo in eis fit magna impreſſio ab
aere. ⁊ etiam fumi caprinoſi non bene expurgantur. ac etiaꝫ
quia habet qualitates complexionales diſponentes ad pu-
tredinem. ſ. caliditatem ⁊ humiditatem ac etiam in eis ē ꝓ
hibita tranſpiratio: que eſt cauſa putredinis. Tertio dico ꝙ
corpora habentia poros ſtrictos naturaliter opilatos min⁹
leduntur corporibus immediate ſupra ſcriptis: licet omnib⁹
alijs magis ledantur. prima pars patet ex rationibus ſecun
di dicti. Secunda vero pars patet ex rationibus primi dicti
⁊ rationibus quarti dicti dicendis. Quarto dico ꝙ corpora
habentia poros latos naturaliter ⁊ non opilatos plus ledū-
tur ꝙ̄ corpora primi dicti. minus tamen ꝙ̄ dicta in ſecundo
⁊ tertio dicto. ratio prime partis patet ex rationibus primi
dicti. ⁊ tertia pars probatur: quia corpora in tertio dicto ha
bent opilationes propter quas fit ꝓhibita trāſpiratio: ergo
fit proprij calidi corruptio. ergo fit interceptio ratione mate
riei ⁊ talis eſt peſtilentialis ergo peſtilentiam de facili incur-
runt. Secundo corpora quarti dicti habent virtutem forteꝫ
ergo aeri peſtilentiali fortiter reſiſtunt. tertio in corporibus
tertij dicti aer attract⁹ diu retinet: ⁊ virt⁹ reſiſtēs eſt debilis:
ergo de facili cauſabit putredines. Et hec rationes ꝓ nunc

ſufficiant:

eſfor

ſufficiant: licet plures poſſent adduci ex quibus ſequitur cor-
rolarie: ꝙ corpora habentia poros latos naturaliter ⁊ ſtri-
ctos propter oppilationem magis leduntur: vt ſunt corpora
calida ⁊ humida. poſt illa ſunt corpora habentia poros ſtri-
ctos naturaliter oppilatos. poſt illa corpora habentia poros
latos naturaliter ⁊ non oppilatos. poſt illa vero corpora ha-
bentia poros ſtrictos naturaliter opilatos.

AD ſeptimum dubium dicendum: ꝙ ſuperiora ꝑ
ſe intendunt conſeruationem horum inferiorꝫ
ſed tamen per accidens aliquando ſunt cauſa
corruptionis ⁊ mortis. Naꝫ varijs ⁊ diuerſis mo-
tibus mouentur morbi. quia diuerſas coniunctiones habēt
ad inuicem. ⁊ ſic fiunt diuerſi aſpectus: ex quibus eorum in-
fluentia ſuperiora alterant ſe inuiceꝫ. ⁊ cum ita ſit ꝙ cum in
fluentijs iſta inferiora debeant conſeruari: contingit ipa nō
conſeruari ſed corrumpi: ⁊ male diſponi propter tales influē-
tias quare ⁊c.

AD octauum dubium dicendū: ꝙ quando ex for-
mis celo ſiue imaginibus facientibus eſſe neceſ-
ſarium id: quod a medico in quantuꝫ medicus
ignoratur. aer prius putreſcit quam terra. aues
volantes putredinem peſtilentialem fugientes conſuete ha-
bitare in montibus ⁊ in altum: veniunt ad planitiem ⁊ pro-
pe terram volant. Sed quando in terra prius cauſatur pu-
tredo ꝙ in aere: tunc aues ⁊ ſerpentes conſueti habitare in
planitie: vadunt ad montes ⁊ volant in altum: quantum plꝰ
poſſunt cupientes euitare putredinem cauſatam in viſceri-
bus terre. ⁊ aliquando contingit ꝙ fugiunt montes: ⁊ veni-
unt ad planitiem terre. ⁊ poſt lapſum temporis reuertuntur
ad montes. ⁊ cauſa eſt: quando putredo prius accenditur in
aere ⁊ poſt lapſum tēporis in viſceribꝰ terre. quia cum aer ſit
ſubtilioris ſubſtantie quam terra: prius alteratur quam ter-
ra. ⁊ per continuationē acceſſionis terra alteratur. ⁊ ita etiā
citius accenditur putredo peſtilentialis in aere ſubtiliori ꝙ

in terra groſſiori.ꝛ ideo peſtilentia citius incipit in aere ſub tiliori:durat longiori tempore ante quā extiguatur.q̄re ꝛc.
Ex quo cōprehendā peſtilentiam eē ex ſuperiorib⁹ vel īferio ribus cauſatā. Nā qn̄ eſt ex inferiorib⁹ vermes exeunt extra terrā.ꝛ ſerpentes ꝛ aues(vt dictū eſt)fugiunt in altū.ꝛ qn̄ ē ex ſuperiorib⁹:accidit econtra.vt dictū eſt.

AD nonū dubiū dicendū:ꝙ hoc eſt rōne propertatis ſingularis tunc aeri inherentꝫ. Per quā ſic generatur putredo hominib⁹ ꝙ nō bouꝫ. Alijs aūt temporibus poterit eē ecōtra.ſ.ꝙ aeri inherebit propertas ſingularis ſic reſpitiens boues:ꝙ non hoīes ꝛ ſimilr̄ eſt intelligendū de alijs aīalib⁹.ꝛ hec propertas poſſꝫ cauſari a formis celi ꝛ imaginibus ſic reſpicientibus boues: quod non homines ꝛ econtrario.

AD decimū dubiū dicēdū:ꝙ illud aduenit:q2 habitāt ī aere optuſo ſeu cooperto.nec ſe exercēt ī aere diſcoopto.nec habitāt multū ī aliquo extrīſeco potēte ipas īficere.ſꝫ ſi aliq̄ ipaꝝ ſit infecta (ſicut aliqn̄ cōtingit)cōiter oēs alie īficiuntur.q2 ad inuicē ſymbolū hn̄t ī humorib⁹ pp idē regimē.ꝛ cōitatē.ꝛ anhelitū ꝛ q2 ī vno aere particulari habitāt:ꝛ hoc poſſet etiā cōtinere rōne aſcendentꝫ ꝛ particularꝫ aſpect⁹ loci. Nā potuit monaſteriū ꝛ ſilr̄ carceres edificari ſub tali aſcēdēte:ꝙ vno tpe aer illi⁹ loci erit magis infectus ꝙ̄ ī alio tpe. Silr̄ etiā min⁹ q̄dē aer alteri⁹ loci iō ꝙ̄ p̄mū vir⁹ morif ī vna habitatione:alij ſe debēt ſtatim abſentare;ꝛ domū illā claudere.nec eā habitare vſq3 ad ſex menſes:ꝛ maxime ſi ſe hn̄t ſicut pater;ꝛ filius.vel fratres ꝛ affines:q2 cōicant ī natura.ꝛ ſi vn⁹ īficif: veriſimile eſt:ꝙ alij īficiantf.ſeu ſunt diſpoſiti īfici. Cōtingit tn̄:ꝙ vn⁹ morif ī vna familia:ꝛ alij nō.pp particulares diſpoſitiones repertas ī illo ꝛ nō in alio.ſeu in alijs.ꝛ hoc etiā pōt accidere in vna contracta:ꝛ non in alia pp eaſdem cās.immo ego credo ꝙ aliqn̄ ita celū reſpiciat vnā domū:ꝙ lꝫ de illa domo vn⁹ vel duo ſe abſentēt:nihilominus non euadūt.ꝛ hoc vidi

D vndecimum dicendum: ꝙ patet illō C Paduel
a eſſe ex diuerſitate paſſoꝝ pp diuerſitatē cōplexionū
⁊ cōpoſitionum. Ad duplicem vero partē dubij dicē
dum: ꝙ poteſt eē vetula ſine opilatione. ⁊ cum ſuis poris ſtri
ctis naturalr̄ non opilatis. iuuenis namqꝫ fortis ⁊ robuſtus
habebit poros latos naturalr̄ opilatos: ⁊ citiꝰ inficiet. ex iſto
patere poteſt qꝛ mulieres ⁊ parui plus inficiunt alijs. Nam
in mulieribus abundant humiditates ⁊ ſuperfluitates ex do
minio earum humido. ⁊ in pueris etiam abundāt ſuperflui
tates ex imoderato regimie. Et iō cauſant vtriſqꝫ opilatiōes
D duodecimum dicendum: ꝙ ī eis pauce ſunt opi
a lationes: et eo ꝙ humores mali deſcendunt ad ex-
trema. ⁊ ibi cauſant guttas. ⁊ ideo nō ſunt apti in
fici: qꝛ ſtant mundi a ſuperfluitatibus.
D tertiūdecimū dicendū: ꝙ ꝓuenit qꝛ tēpore guer
a re corpora inordinate regunt: pp quod mali gene-
rant humores ī corpore apti ad putredinē. ⁊ ēt cō-
tingit qꝛ ſuperiora ad guerras diſponētia ſepe ēt diſponunt
peſtes. ⁊c. poſt careſtias adueniēte fertilitate fit ſaturatioꝰ ni
mia cauſans multas opilationes: ad quas ſequit putredo ⁊
egritudo peſtilentialis. Et pnt ēt alie cauſe occurrere; q̄ pro
D q̄rtūdecimū dicēdū: ꝙ hoīes ru C nūc omittant.
a ſtici aſſueti pnt eis vti. Eſt. n. eis tiriaca. vt dicit Ga.
qm̄ corrigit potiones agrū. ſꝫ ī alijs nocet vſus coꝝ
nō. n. ī eis ē vtilitas ductiua ad pncipalē egritudinē. imo ma
gnus medicꝰ zobar. ī peſtilentia C q̄ ex corruptiōe aq̄ contin
git vituperauit aleum.
D quintumdecimū dicat: ꝙ ſi prudent iſte puluis ſic
H cōſtrictus in hoībꝰ nō multū flegmaticis ⁊ mulieribꝰ
nō cōſuetꝫ pati multas ſtricturas ⁊ anguſtias pectoꝝ
laudaret eius vſus. Si verū bolū armenū haberemꝰ qd̄ certe
apud nos non inuenit. in hoībꝰ vero flegmaticis: ī q̄bꝰ inue
nit ſtrictura pectoris ⁊ anhelitꝰ anguſtia flegmatibꝰ q̄buſdā
diſſolutꝫ nō conuenit hoc bolū armenū. pp q̄ndā clauſionē

vitā ſpūs quā inuenimꝰ fieri ꝑ ipm. Cōſtricturā .n. pectoris ꝑꝑ ſtipticitatē nocere inuenio. g̃ vbi inueniat̃ talis diſpoſitio in qua de hac cōſtrictione timoꝛ nō ſit laudat̃ eiꝰ vſus.

Ad decimūſextū rn̄det̃: ꝙ ſic qꝛ cū bonis vinis ⁊ lau
a dat̃ acetū mixtū cū vino. cū aūt caloꝛ videtur valde
ꝓcedere ſecurioꝛ erit vſus aceti puri ⁊ reꝝ acetoſaꝝ.

Ad decimūſeptimū ⁊ vltimū dicēdū ſ̄m vnū modū:
a ꝙ hoc contingit ex multitudine veneni vel aeris venenoſi peſtilentialis q̄ ſeipam multiplicat inficiēdo humiditatē nr̄i coꝛporis. q̄ venoſitate multiplicata auget̃ illa mala qualitas. Nā vt dr̄ i geometria ꝙntitas augmētat vtutē. Vn̄ ex modico veneno aſſumpto cōuertēte qd̓ tangit ad ſuum ſimile auget̃ virtꝰ ⁊ multiplicat̃. ita ꝙ de facili ꝑ modū cōtinui coꝛporis extrema ſe tangāt. ⁊ attingit puiꝫ in ꝙtitate venenū ipm coꝛ tūc ſpūs vitalis nō hn̄s debitum organū: in quo reſideat cedit foꝛme veneni ⁊ egritudines de coꝛde dimittit coꝛ ⁊ coꝛpꝰ ſine motu ⁊ hec ē moꝛs. cuiꝰ ſignū eſt vt ait cōciliatoꝛ ꝙ ſi tale comedat̃ efficit̃ venenū comedēti. Et adhuc ē alia ſolutio i hoc. quā tāgit Cōciliatoꝛ. qꝛ arterie coꝛdis ⁊ ipi vētriculi coꝛdis motu diaſtolis ⁊ ſiſtolis ꝑ motū n̄alē attrahēdi ⁊ expellēdi quē hn̄t cōtinue ꝙnto tpē viuit aīa: attrahit ad ſe circūſtātē ſpūm ſiue aerē. ita ꝙ etiā arterie q̄ ad cutim terminant̃: ꝑ poros ſuos aerē exterioꝛē cōtinētē attrahūt vſqꝫ ad coꝛ. ꝑ eaſdē exſufflando expellit caloꝛes ⁊ fumos capnoſos. ita ꝙ ſi aer cōtinēs nos fuerit venenoſus ⁊ peſtilentialis: ꝑ ipas arterias motu dilatationis attractꝰ nos inficit. ⁊ inde egritudines peſtilentiales contingunt: non ꝙ arteria vel coꝛ de ſui natura venenū attrahat: ſꝫ qꝛ ſub ſpecie aeris ⁊ ſpūs attractꝰ venenoſus vapoꝛ ingredit̃. Et ſ̄m hoc dixerūt ſapiētes. ꝙ ē venenū doꝛmire vel degere ſub arboꝛe nucis. in hoꝛtꝭ caulium: ⁊ ſub vmbra oleādri. ⁊ ſic de aliis.

¶ Deo igit̃ optimo piiſſimo ac glīoſiſſimo q̄ nos a peſte ꝓtegat: ſint laudes infinite. Et ſic cōſilio huic de peſte Gētilis fulginatis phiſici ꝑilluſtris: finis impoſitus eſt ⁊c̄.

Egrediens

tractn de venenis Cap. tho:

# Incipit tractatus de reſiſten tijs ſeu de contra operantijs magiſtri Gentilis de fulgineo.



Eſiſtentia ſiue con-
tra operantia membrorum ad inuicem ſi
ue in tertio eſt maxime per qualitates cō
plexionales. Et ideo loqui volentes de re
ſiſtentijs primo dicemus: qui ſunt modi
complexionis ſiue modi caloris in quantū
pertinet noſtro propoſito. Uidetur autem manifeſtuʒ: ꝙ tri
plex complexio reperitur in partibus noſtris taʒ conſimilibꝰ
quā organicis. Una eſt cōplexio inata dicta potentialis ſiue
materialis vel intrinſeca conſurgens ex mixtione elemento-
rum: per quam complexionem membra adinuicem multum
differunt. Immo accidentia in ſpeciebus membrorū ſequun-
tur has formas complexionales. vt Auerois ſecundo colli-
get in principio. ⁊ iſte modus complexionis non ineſt orga-
nicis: niſi ꝗ ſunt ex conſimilibus. Secūda eſt cōplexio forma
lis ſiue actualis. ⁊ illa ē qualitas ꝗ̄ iprimit̄ i mēbra ꝯſimilia a
caliditate actuali ſanguinis ⁊ ſpūs. ⁊ illa caliditas actualis ē
perficiens ⁊ actuans illa. ſicut caliditas ſolis perficit calidita
tes mixtoruʒ. ⁊ per iſtā etiā complexionē membra ad inuicē
plus conueniunt. quia omnia conſimilia eleuantur vel ſuble
nantur ad quendam gradū caloris actualis. Unde omnes
partes noſtri corporis habent ex hoc aliquam menſuram a-
ctualis caloris cordis. ⁊ cum membra conſimilia faciunt ſu-
as operationes faciunt eas cum hoc duplici calido. ſ. inato
vel potentiali: ⁊ ſecundo actuali dato a corde cū ſpiritu vel
cum ſpiritu ⁊ ſanguine. Tertia complexio non videtur eſſe
aliud ꝙ caliditas in ſanguine ⁊ ſpiritu data a corde diuerſi
mode participata a membris propter magis vel minus ap-
propinquari cordi. vel propter aliud quod dicetur. Iſta au-
tem complexio non eſt complexio prima facta ex elementis

3. complexio;

in vnaquaqꝫ parte conſimili. nec eſt complexio ſecũda actualis cum qua magis conuenire videtur. primo quia illa complexio eſt qualitas actualis ſubiectiue exñs in vnoquoqꝫ conſimili cauſata a calore ſpiritus cordis. ſed illa complexio tertia eſt caliditas actualis exñs in ſpiritu exiſtente in quocunqꝫ conſimili ⁊ officiali plus vel minus ſ̄m ꝙ plus vel minus cordi appropinquat vel ſ̄m ꝙ dicetur. Secundo quia aliqͩ per illam complexionem eſt valde calidum: quod tamen per primam actuatam a ſecunda complexione eſt frigidum. verbi gratia. neruus ⁊ flegma reſpectu carnis ſunt complexionis frigide: imo reſpectu cutis. Cvt dicunt medici) ſermo illorum eſt de complexione ĩnata actuata per influentem. ⁊ tamen per complexionem tertiam neruus flegma ⁊ ligamẽta ſunt complexionis calide reſpectu quarundã carnium. verbi gratia. neruus in corde ⁊ flegma in corde ad tactũ vt ſtãt ſub carne cordis ſunt calidiora cute vel carne pedis. Tertio differunt iſte complexiones quia complexio illa tertia datur ſ̄m appropinquationem ⁊ diſtantiam a corde. Vnde dicim⁹ ꝙ membra cordi ꝓpinquiora ſunt magis calida ⁊ membra remota minus calida ſiue debiliora in calore naturali: vt ſumitur a Serapione quarto tractatu capitulo de hidropeſi. ⁊ ſecundo pronoſticorum cõmento tertio. Sed complexio ſecunda dicta influens datur ſ̄m menſuram complexionis potentialis: ⁊ ideo qḋ ſubiectiue recipitur de calore cordis ĩ vnoquoqꝫ membro conſimili facto ex commiſtione elementoꝝ eſt parum in gradu reſpectu eiꝰ: qḋ recipit̃ in mẽbro conſimili calido. Quarto differunt: q: mẽbra conſimilia faciunt operationes proprias circa nutrimentum attingendo illud per complexionem ĩnatam potentialem perfectam ⁊ actuatam qualitate cauſata recta in eis: q̃ ẽ cõplexio ſecunda Sꝫ non agunt has operationes trãſmutãdo ſtante medio ſpũ dato a corde. imo ĩmediate pñt tangere ⁊ tangunt: ⁊ tranſmutãt nutrimentũ non inter iacente illo ſpiritu calido actualr̃. Sed dubitat̃: q: cõplexio tertia non videt̃ ad aliquem finem. ag-

plius vel eſt cōplexio in membris ſubiectiue exñs ⁊ ſic eſt idē
ꝙ complexio ſecunda dicta actualis. vel non eſt in mēbris. ⁊
tunc non debet dici complexio membrorum. amplius neruꝰ
cordis debet habere minus de calore quam caro cordis: vel
quam caro pulmonis: quia tota ſumma neruorū eſt frigidior
carne ⁊ frigidior cute. ſicut neruus cordis vel neruus pulmo
nis ad tactum eſt calidior quacunqꝫ carne pedis: vel eſt cali-
dior cute: ergo eſt remotum a ſua ſanitate ⁊ ab eo ꝙ ſibi ſm
naturam debetur: qđ eſt incōueniens. ¶Relinquitur igitur ꝙ ſit
idem ꝙ complexio influens ꝙ eſt ſententia dicta. ampliꝰ ſen
ſus non decipitur circa ſuū obiectū ſꝫ tactus iudicat oēs ptes
cordis eſſe calidas valde. igitur ille calor eſt ſubiectiue in illis. ſ.
neruo ⁊ ligamento cordis. ergo illa complexio quā iudicas
eſſe tertiam: non eſt aliud quam complexio influēs dicta ſe
cunda. ad clariorem intellectum huius complexionis tertie
conſiderandum: ꝙ membra conſimilia poſſunt conſiderari ī
duplici diſpoſitione: vna eſt quantum conſimilia ⁊ vt ſic hñt
duos modos caloris vel complexionis. ſ. innatam complexio-
nem ⁊ influentem. quibus vnitis ſicut perfectio ⁊ perfectibi-
le faciant proprias operationes. ¶Alia diſpoſitio eſt in quan
tum ſunt partes organici ⁊ iſto mō hꝫ hāc tertiā cōplexionē.
ꝙ aūt omnia membra organica in q̄tū faciunt opationes
organicas indigent ſpū cordis vt apparet p Auic. ij. coliget.
vbi vult ꝙ conſimilia ſunt propter organica ⁊ organicum eſt
propter corpus calidum ſpirituoſum datum a corde. ⁊ ap-
paret ratione. Nam in quacunqꝫ organici operatione con-
currit ſpiritus cordis ⁊ abſqꝫ eo nulla poteſt fieri operatio
organica: vt notum eſt. Sed tu dices etiam conſimilia mem
bra pro eorum operatione indigent illo ſpiritu: quia indigēt
complexione influente actuante complexionem innatam. di-
cendum ꝙ vnumquodqꝫ conſimile indiget illo ſpiritu dante
calorem actualem ſm menſuram poſſibilem: vt requiritur
actus nutricationis qui eſt actus corū: vt ſunt conſimilia: ⁊

ſm hoc neruus. os. ⁊ ligamentum. habent minus de illo calore actuali quam caro. ſed conſimilia vt ſunt partes. officiales. immo ipſum officiale indiget illo ſpiritu ſm menſuram virtutis conſimilium in organico: ⁊ ſm neceſſitatem operacionis organici. ⁊ ideo quidam neruus poteſt eſſe calidior quadam carne. vt neruus cordis ⁊ epatis quam caro pedis. Tertia diſpoſitio in qua inueniuntur membra conſimilia ⁊ organica eſt maior ⁊ minor appropinquatio cordi ⁊ ſm hoc plus vel minus participāt membra de caliditate actuali. apparet igitur quid intelligo per hanc tertiam complexionem quia intelligo calorem actualem in ſpiritu ⁊ vaporibus participatis plus vel minus a membris conſimilibꝰ ſm ꝙ ſunt partes organicorum. ⁊ ſic ab organicis ſm ꝙ magis vel minus cordi appropinquant. ſꝫ hic ſtatim dubitatur vnū vtrū participacio iſtius caloris a membris organicis pro operatione eorum conueniat ſemper cum participatione recte appropinquationis ⁊ elongationis. ⁊ dicimꝰ hic duos modos quos alijs dimitto. Primus modus eſt: ꝙ membra organica quecunqꝫ ſunt propinquiora cordi: habent plus de illo calore: non ſolum quia propinquiora. ſed quia illo pro eorum operacionibus magis indiget: ⁊ que ſunt magis elongata minus habent de illo calore: quia minus indigent. Concurrit ergo ꝙ ſimul membra organica ſunt propinquiora cordi ⁊ indigent pluri calore. ⁊ eſſe lōginquiora eſt indigere minore calore. igitur membra organica quia indigent pluri calore ſunt cordi propinquiora. ⁊ intelligo propinquitatem non ſolum ſm ſitum ſed elongationem per manifeſtiores ⁊ maiores arterias. ⁊ apparet ꝙ conſimilia in quantum ſunt in organico non habent menſuram iſtius ſpiritus ſm ꝙ indigent pro operatione conſimilis. quia neruus cordis in quantum neruus indiget pauco ſpiritu cordis. ⁊ tamen in quantum cordis ſtat cum multo calore. Alius modus dicendi eſt ꝙ membra organica non habent menſuram illius caloris ꝓ operatione communicante alias concurrente cum menſura

eius quam habent a ſitu ſumendo proprie ſitum pro loco.
īmo aliquod organicū longinquus habet plus de ſpiritu cor
dis ⁊ calore actuali pro operatione: quam quoddaꝫ propin
quius. V.g. epar calidius eſt actuali calore pro operatione
quam ſit trace arteria: quantum ad partem que ad cor ap-
propinquatur. vel quam ſit pulmo. nam epar ponitur in nu
mero calidorum membrorum ⁊ non pulmo. Sed contra eui
ſcerato animali apparet calidior quecumqꝫ pars pectoris ꝙ̄
quecumqꝫ pars ventris inferioris. Dicendum ꝙ non ſum ex
pertus hoc. aliis ergo dimitto. ſi tamen ita eſt ⁊ vis te defen
dere ad hoc apparente: dicas ꝙ actualis caliditas in ibis vi
ſceribus eſt duplex: vna per ſpiritum ⁊ illa eſt maior in epate
quia pluri indiget epar quam pulmo vel quam trachee arte
ria. ideo epar illo calido tali erit calidius. ⁊ qua epar indiget
menſura caloris qua indiget quia organicum eſt. Alia eſt
ꝙ vapores actualiter calidos qui ſparguntur in corpus per
venas ⁊ arterias ⁊ per omnes concauitates: ⁊ loca quibus
poſſunt penetrare. ⁊ talis eſt maior in membris magis pro-
pinquis cordi. quidquid ſit de hoc dicamus ꝙ hec tertia cō-
plexio eſt aliud ꝙ̄ caliditas ſpirituoſa vel vaporoſa partici-
pata ab vno quoqꝫ membro organico. ⁊ ſic a conſimili vt pars
organici ſm̄ indigentiam operationis ⁊ ſm̄ appropinqua-
tionem ⁊ elongationem a fonte caloris. que caliditas non ē
illa que eſt ī vnoquoqꝫ membro conſimili ſ vt conſimile eſt nec
illa quam ſortitur conſimile ex mixtione elementorum. nec il
la quam actuat calor influens qui eſt ſm̄ menſuram quo in
diget pro nutricatione. Iſtam autem complexionem vel ca-
liditatem tertiam poſſumus imaginari dupliciter quantuꝫ
ad ſuum eſſe. Vno modo ꝙ iſta ſubiectiue ſit ī quolibet ſpi-
ritu: ita ꝙ nullum conſimile recipiat de forma caloris: que
forma eſt qualitas ī ſubiecto: niſi tantuꝫ quantuꝫ correſpon
det ſue complexioni potentiali īnate. ⁊ tunc neruus ſiue ſit
in corde ſiue in pede ſubiectiue recipit tantuꝫ calorem quan
tum requiritur vt neruus. ſed neruus cordis calidior exiſtit

multum ſibi ⁊ ſubiectiue non plus alteret eum. Cum igitur
conſiderabit neruus cordis ⁊ epatꝪ:eſt aſſociatus iſti calori
ſpirituoſo:exiſtit calidior ꝙ̄ neruus pedis.lꝫ ſubiectiue non
recipiat plus de illo:⁊ ſi tu dicis.q̄ño poteſt ſtare ſpiritus, cor
dis calidior multum ꝙ̄ ſit neruus iuxta neruū:⁊ neruus nō
recipiat in ſe plus ſubiectiue de illo calore.⁊ dicemus ꝙ hoc
eſt concedendum:ꝗ illa pars aut ille partes ⁊ ſingule alie in
nobis ſunt terminate in ſuis operationibus cum cor ſe habꝫ
ſm̄ naturam:⁊ in hoc videre pōt:ꝙ iſte calor ſpirituoſus in
vno quoqꝫ organico non ſolum facit ad operationem orga
nici:imo eſt conſeruans modum caloris in vnoquoqꝫ conſi-
mili q̄uis conſimilia ſint diuerſa. ſicut vna menſura caloris
ſolis conſeruat in vno ſpacio caliditates diuerſarum planta
rum:q̄uis ſint ille plante diuerſarum complexionum. Alio
modo poſſumus imaginari iſtam tertiam complexioneꝫ vel
caliditatem:ꝙ ipſa ſubiectiue recipiatur. ſicut forma ⁊ qua
litas in vnoquoqꝫ conſimili ſm̄ ꝙ eſt pars organici:⁊ ſit for
ma addens in gradu qualitatiue ſupra caliditatem ꝓprïaꝫ
conſimilis actuantem īnatam. ⁊ hoc quod additur ī gradu
eſt calor alterius modi perfectionis. Neruus igitur epatꝪ ⁊
cordis ⁊ aliorum organicorum calidoruꝫ multum quam ſit
caliditas nerui vel conſimilium frigidorum. habet in ſe ſub-
iectiue duas menſuras caloris. Una eſt proportionalis calo
lori potentiali que dicitur complexio iſfluens actuans īnatā:
⁊ per illam ſimul cum īnata neruus cordis ⁊ epatis vbicun-
qꝫ ſit neruus eſt frigide complexionis reſpectu cutis. cōmu
niter confitentur medici ⁊ per illam etiam complexionē īna
tam actuatam per influentem facit operationeꝫ neruus ner
uo proprias valet nutrire. digerere. ⁊ ſentire ſenſu tactus. ſi
neruus eſt organici cum hoc alia menſura caloris eſt ſupra
illam ſm̄ ꝙ neruus eſt pars organici. Verbi gr̄a. epatis aut
cordis ⁊ talis eſt multuꝫ addens in gradu caloris ſupra pri-
mam. Nam neruus vt debet nutriri nutricatione neruea ⁊
vt debet ſentire ſenſu tactus:indiget calore actuali pauco ꝓ

pinquo multum calori cutis vel quaſi. Sed vt neruus eſt pˀs
cordis vel epatis habet multo plus ꝺ calore: quia cor ⁊ epar
ſunt membra multo egentia calore propter generationem
ſanguinis ⁊ ſpūs. ⁊ videmus ꝙ neruus cordis ⁊ epatꝫ has
duas operationes facit: nam neruus in corde ⁊ epate ſentit
ſenſu tactus vel ſaltim aliqua pars eſt talis in corde ⁊ epate
cum videmus: ꝙ generat ſanguinem ⁊ ſpiritum q꞉ totū cor
⁊ totum epar generant. ſꝫ principaliter partes carnoſe. ergo
oportet in neruo cordis ⁊ epatis ponere hos duos modos
caloris. ⁊ tunc calor magnus qui eſt in neruo cordis ⁊ epatꝫ
non corrumpit calorem paruum: qui eſt nerui vt neruus. ſed
ſtabit illi ſicut ſecunda ſtat ad pͥmaꝫ. ⁊ ambo iſti calores ſūt
in neruo ſubiectiue: ⁊ cuꝫ tu dicis ⁊ bene reuolues dicta ⁊ cō
ſiderabis: ꝙ neruꝰ in corde hꝫ bonū ſenſum tactꝰ. ⁊ ꝙ iuxta
neruos ⁊ panniculos in mēbris calidiſſimis vt corde genera
tur pinguedo penes quam caliditas illa tertia que eſt in cō-
ſimilibꝰ vt partes organicoꝝ ⁊ vt appropinquant cordi: non
eſt ſubiectiue in illis conſimilibus. ſed eſt in ſpū volitante in
toto organico. ⁊ ſi tu vis tenere aliā viam: teneas illā. vtrum
qꝫ tū habet difficultatē. ⁊ volo ꝙ p̄m omnem viā videas ꝙ
valde moleſtat cōia dicta medicoꝝ ⁊ rectificat illa. ⁊ eſt quia
dicūt medici ꝙ regl'a i cognoſcēdo mēbra calida frigida hu
mida. ⁊ ſicca eſt ſenſus tactꝰ. ⁊ dicūt cū hoc ꝙ talis cōplexio
ē inata actuata ꝑ influētē. hoc ē qꝺ oēs magiſtri cōfirmāt ſꝫ
mihi non apparet poſſibile dare tale iudiciū ꝑ ſenſum tactꝰ
Nā vel dareť tangendo cōſimilia mēbra aīalis mortui ⁊ tūc
nō iudicabit ꝺ cōplexiōe īfluēti: nec apparet talis diuerſitas
niſi in qñtū ſunt cibꝰ nobis aut medicina ⁊ nō inueniť gra-
dus ⁊ ordo cōplexionū mēbroꝝ: ⁊ ordinauit illos Ga. ⁊ alij.
aut tangeť i aīali viuo ſcindēdo ⁊ euiſcerādo qꝺ dū adhuc
actu viuit: tūc nunꝙ̄ occurrit tibi cōplexio inata actuata ꝑ i
fluētē: quin cū hoc occurrat calor actualis cuiuſcūqꝫ organi
ci. ġ non poteris ponere neruos vel ligamēta cōplexionis fri
gide per iuditium ſenſus tactꝰ. q꞉ illa in animali viuo incipi

untur multum calida ad tactum: vt apparet de neruo. liga-
mento. ⁊ oſſe cordis. ⁊ ſic quod plus iudicabitur erit comple
xio calida diuerſa in diuerſis organicꝫ. ⁊ ideo oportet ꝙ me
dici rectificent illum canonem ⁊ ꝙ non ſolo iudicio actuali
ſed ex multis vijs argumentatiuis ⁊ ex multis ſignis habitꝫ
in animalibus viuis ⁊ mortuis iudicetur de complexionibus
conſimili in membrorum ⁊ ideo in declaratione complexio-
num membrorum quam indicat ſignum quod experitur in
animali mortuo: ſicut illud quod dixit Auerois ſecundo col
liget. ⁊ Ariſtoteles ſecundo de partibus animalium de deco
ctione cerebri. non ergo ex ſolo tactu concordati ſunt medi-
ci ſuper ordinem complexionis membrorum: ſed ex multꝫ va
rijs ſignis ⁊ indicijs. Hoc etiam inueſtigauerunt. ⁊ ideo cū
Auerois ſpeculabatur profunditatez in hijs vijs dixit: ꝙ hic
adeſt pelagus. ex his ſoluuntur que ſupra in contrarium di
cebantur. Ad primum dicendum ꝙ illa eſt complexio pro
operatione organici: ⁊ eſt quidam calor cauſans conſeruās
⁊ cum hoc omnes particulares calores membrorum conſi-
milium ⁊ per iſtam complexionem alia membra ſibi inuicez
magis conueniunt. Ad ſecundum dicendum altero duorū
modorum ⁊ ꝙ poteſt poni etiam ſubiectiue in conſimilibus
ſicut ſecunda perfectio. ⁊ ꝙ poteſt poni ꝙ ſit ſolum in ſpiritu
⁊ tunc non dicuntur membra complexionata hoc calore ſub
iectiue: ſꝫ aſſociatiue. Ad tertiū dicendū: ſi mēbra ⁊ nerui fri
gidi recipiūt ſubiectiue illā caliditatē: nō dr̄ permutata a p-
pria natura: imo hꝫ aliā pfectionē. Neru⁹. n. ē neru⁹ ⁊ ē pars
organici: ergo dꝫ hr̄e has duas pfectiones ſeſe cōpatiētes: ⁊
nō corrūpentes ſe: ſi aūt tenet̄ ꝙ nō recipit̄ ſubiectiue: facil⁹
ſoluit̄ argumētū. Ad q̄rtū dicendū ꝙ ſenſus iudicat verū: ꝙ
iudicat neruū cordis eē calidū: vt reqrit cor: ⁊ illa caliditas
nō ē illa q̄ dr̄ influēs actuās innatā: qꝛ minor ſufficeret. ſꝫ cali
ditas ſupra illā: lꝫ vtraqꝫ ſi actuās innatā: ſi āt velis tenere ꝙ
hec complexio tertia non ſit ſubiectiue in cōſimili: ſed in ſpū
Dicamus ꝙ quādo tu tangis neruū in corde nō ſolū tāgis

neruum: ſed ſpiritum calidum actu. qui eſt in corde vt cor ⁊
ideo ſi poſſet tangi neruus cordis cum complexione ſua ĩna
ta ⁊ influente appropiata neruo vt neruus apparet neruꝰ ille
pauci caloris. ¶ His premiſſis dicamus cum medici dicunt
cor ⁊ epar ⁊ cerebrum. ad inuicem contra operari vel reſiſte
re in tertio intelligunt illa membra in latitudine ſanitatis
ſtancia ſub complexione vel complexionibꝰ per calorē actua
lem quo habet ſecundam ⁊ tertiam complexionem: igitur lo
quitur de his vt participant tertia complexione. has autem
partes actuales tribus complexionibus ſibi inuicem contra
opari vel reſiſtere poſt intelligꝭ dupliciter. Uno modo poſiti
ue quia complexionem prehabitam: verbi gratia: ĩ epate ali
ud membrum vt cor abijciat vel remittat exemplum filignū
calidum actu in duobus gradibus ⁊ superueniat aqua frigi
da que remoueret illum calorem vel remitteret ad gradum
vnum. Alio modo poſt intelligi ꝙ hec membra ſibi contra
operentur ⁊ reſiſtant priuatiue: quia qualitas ab vno poten
ciali inducitur vel in vno potentiali intenditur propter alte
rius membri preſenciam non inducatur vel intendatur. ver
bi gratia: caleſiat quidam lapis ⁊ aer iuxta eum infrigidet
non poterit lapis aſcendere ad gradum caloris quem aſcen
deret ſi aer non infrigidaretur: quia aer frigidus vel qui in
frigidaretur refrenat vt non aſcendat in lapide. Calor ſimi
liter ſi quodam tertium: verbi gratia: aqua debeat caleſieri
ab illo lapide calefacto tunc aqua minus caleſiet ab eo ſtan
te aere frigido. (iuxta eum) quam ſi aer eſſet calidus non
propter aliud: niſi quia non eſt ſic. Calefacta incluſiue pro
pter reſiſtentiam aeris frigidi: ſicut ſi eſſet: ſi aer fuiſſet calidꝰ
iſtam igitur voco reſiſtentiam priuatiuam: ſiue contra ope
rantiam vel quomodocunqꝫ vis nomina eas. ¶ Dico ergo
quattuor concluſiones. Prima ꝙ particule cōſimiles nostri
corporis ſibi inuicem poſitiue non contra operantur. Secū
da ꝙ membra principalia vt cor ⁊ epar ⁊ cerebrum. poſitiue
non contra operantur. Tertia ꝙ particule tam conſimiles

quam officiales ſibi inuicem priuatiue contra operantur vel reſiſtunt. Quarto ꝙ membra principalia ſcilicet cor. ⁊ c par. ſuper toto ſibi inuicem non contra operantur poſitiue ſed priuatiue vel comparatiue. Prima concluſio patet per Galienum in libro de malicia complexionis diuerſe: cum dixit ꝙ membra conſimilia ꝗuis ſint diuerſa: vt os frigidum. caro calida. non tamen agunt ad inuicem. ſ. actione manifeſta: quia ſunt pauce contra operationis vel opoſitionis ad inuicem amplius tunc membra conſimilia ſemper haberent cōplexionem diuerſam: amplius ſi membra conſimilia ſe ad inuicem inmutarent poſitiue: tunc natura in actu generationis fruſtra induxiſſet illam calitatem quam ad inuicem corrumpunt/amplius. ſic videtur membra conſimilia ſe habere in gradibus complexionis quibus differunt: ſicut ſe habent in gradibus duritiei ⁊ mollitiei. ſed natura a principio generationis non fecit membra duriſſima ⁊ molliſſima: ⁊ poſtea illa ad inuicem ſe refrangere: ſed generauit ea in cōcordia quandoꝗ ponens panniculū inter durum membrum ⁊ molle: ergo ſic in ꝯcordia complexionum mēbra ſunt generata Rurſus ſi frigiditas oſſis vel nerui contra operaretur calore carnis poſitiue corrumpendo partem ſenſibilem illius carnis: tunc vel illa actio aliquādo quieſcit: vel ſemper procedit non poteſt procedere ſemper vſꝗ ad mortem: primo quia illa actio eſſet fruſtra in animali vt viuens ⁊ operans. Secundo ſi in actione continua aliqua pars caloris carnis corrumpitur: ergo aliquando erit caro infrigidata corrupta ab oſſe ⁊ os a carne. ergo quieſcit aliquando illa actio. ſed qua ratione caro remanens caro: ⁊ calida aliquando non agit in os: nec os in carnem Eadem ratione potuerunt produci in eadem concordia. Contradicam primo conſimilia ſunt inuicem contraria ⁊ ſemper ſunt contraria vt calida frigidis ⁊ humida ſiccis. ergo ſeſe tranſmutant poſitiue. Amplius neruus temperat carnem. vt Aueroiſſecundo colliget. Amplius ſi neruus denudatur: ⁊ ſuper eo generetur caro: tunc

tales modos mutationum ⁊ ſimiles eis fatuum eſſet vocare
contra reſiſtentias. ſed ſtatim contra dicta tu dices: ꝙ com-
plexio carnis calide remanet ſic in vita. contra quia deciden-
te calida ⁊ ſicca complexione in tempore per aumaſtice eta-
tis fit caro frigida ⁊ ſicca. dicendum ꝙ talis non eſt permu-
tatio que fiat ex actione carnis in neruum: ſed ex actione to-
tius calidi ſuper totum humidum. ꝙuis in illo dicto non ſit
multum conſonus cum Galieno: vt al's diximus. ex quibus
ſoluuntur contraria. Ad primum cum dicitur membra con
ſimilia ſunt contraria: dicendum tripliciter. Primo ſic ꝙ nō
ſunt contraria ſub complexione: ſub qua ſtāt ſub actuali cor
dis que eſt complexio tertia: īmo ſub illa complexione mutā
tur ſicut in vno calido continuo extenſo ſuper omnia. vel di-
cendum ꝙ lꝫ vt calida ⁊ frigida contrarientur: tamen vt ta-
lis modus talis menſure caloris non contrariantur. ſed ſtat
quodlibet in ſuis terminis per proprias formas differentes
diſtemperate. vel dicendum ꝙ lꝫ ſint contraria tamen redu-
cta ſunt ad terminos: vltra quos non amplius ſe trāſmutāt.
⁊ hec reductio eſt peragens quod dat eis formā: corpora. n
contrariarum qualitatum aſſociabilia ad inuicē in nociuo
veniunt ad menſuras: quibus vtraqꝫ non poſſunt ſe trāſmu
tare. lꝫ non faciant vnum. Verbi gratia. Extremum aque ⁊
extremum aeris in ſuis ſpheris. ⁊ extremum aeris ⁊ extremū
ignis lꝫ extrema poſſint ⁊c. ⁊ cum dicitur contraria agunt:
verum eſt niſi ſit prohibens. eſt autem prohibens equalis re-
ſiſtentia vel equiualentia vnius ad alterum. ⁊ hec equalis re
ſiſtentia (vt vnum prohibeat alterum) permutatur vel ꝑ ca
lidum cōmune conſeruans illa: vel propter determinatas mē
ſuras ⁊ proportiones in proprijs mixtionibus. Ad ſecundū
cum dico carnem intelligo carnem cum triplici complexiōe
iam dicta. ita ꝙ ſicut habet ſpecies a corde: ita a cerebro ſu-
mendo carnem vt pars officialis: ⁊ ſicut eſt actuata: nō agit
in neruum nec econtra. ſed tu dices: ſi ſpūs datus a cerebro
per neruum ipſi carni recedat: ⁊ iterum veniat. alter tūc ſpūs

ſuperueniens infrigidauit carnem calidam propter receſſuꝫ prioris ſpiritus. Dicendum ꝙ quando generans produxit carnem in prima generatione dedit ſibi hanc complexioneꝫ cum hoc temperamento a ſpiritu animali. ⁊ tunc recedente ſpiritu animali per continuam reſolutionem: aut eo retento per ſomnum ſuccedit alter ⁊ tenet carnem in eadem diſpoſitione. Sed tu dices: ponamus ꝙ aliquo ſpatio temporis caro ſtet abſqꝫ temperie ſpiritus animalis ſolus: tunc caro inflāmabitur. Si conuertatꝰ complexio ſpiritus animalis: corrumperetur aliqua pars carnis naturalis. Dicendum ꝙ in illo tempore in quo caro eſt priuata ſpiritu animali: vel caro remanet in latitudine ſane carnis: tunc ſtat cum menſura complexionis ſue intra latitudinem ſuam. ⁊ tunc ſpiritus adueniens perficit illam. ⁊ non agit aliquam formaꝫ extra moduꝫ ſue complexionis que prius erat: vel caro exit diſpoſitionem ſanam: ⁊ tunc dicendum ꝙ nihil ad propoſitum: ⁊ apparet ex dictis. Alius modus ſoluēdi. ſ. ꝙ ſpiritus a cerebro per verbum datus non temperat caliditatem carnis corrumpendo modum complexionis talem. ſed illa caro priꝰ ⁊ poſt habebit ſuum ſpecificum modum. Verbi gratia. quia erit caro calida habens modum caloris cuius ſignuꝫ eſt. a. ideo plus eſt acquiſitio alterius modi perfectionis per ſpirituꝫ. a. ꝙ ſit permutatio prioris complexionis carnis. Ad tertiuꝫ dicendum: ꝙ neruus diſtemperatus eſt egritudine frigidus. ⁊ ſi regenerabitꝰ caro eiuſdem modi qui prius erat: tunc rectificabitꝰ ſua egritudo. ⁊ remanebit neruus eiuſdē complexionis que prius erat. vt ſi neruus erat frigidus reſpectu nerui temperati: remanebit frigidus. Ad quartum dicendum ꝙ ī prima generatione cutis eſt ſic generata: ꝙ frigiditas nerui cutis eſt ſic contemperata cum calore ſanguinis. Verbi grā ꝙ cutis eſt in ſpecie cutium cutis colerica. ſ. calida ⁊ ſicca. ⁊ ita durabit in diſcurſu etatis. nec ſanguinis calor permutabit nerui complexioneꝫ in cuti extra hunc complexionis modum remanente homine in ſua ſanitate. Ad quintum dicen

dum primo ꝙ conſtantia non eſt ad propoſitum: nos eniꝫ lo
quimur de cōplexione partiuꝫ naturalium vt ſunt principia
operationum ſuaꝝ: ⁊ vt partes organici. ⁊ tu arguis de com
plexione totius diuerſificata ſm̄ etates cuius permutatione
ꝓcedit non ex actione partium ad inuiceꝫ: ſed ex actione ca
lidi ſuper totum humidum. Secundo qꝛ aliquam qualitatē
corrumpi ſucceſſiue hꝫ vtilitatem in ꝓlongatione vite anima
lis. Si autem fuiſſet in prima generatione ꝓductum ex com
plexione talis qualis eſt in puncto iuuentutis: tunc vita eius
fuiſſet breuis valde: quia tanta quanta eſt a iuuentute ad vl
timam ſenectutem. elongauit ergo natura hominem impo
nendo illum in caliditate multa ⁊ humiditate oppoſitis fri-
giditati ⁊ ſiccitati mortis. ⁊ hoc in queſtione noſtra de humi
ditate animalis longe diſcuſſimus. ſed tamen non apparet
talis vtilitas. Si ergo carnis aliqua caliditas data ſit a ge-
neratione que poſtea corrumpat̄ a frigiditate nerui. Tertio
poſſet dici: ꝙ cum corruptione humiditatis carnium pueri ⁊
neruoꝝ eius cum itur ad ſenectuteꝫ ſemper ſaluat̄ menſura
complexionis partium conſimilium cum latitudine quadaꝫ
Verum puer habens carnes frigidas reſpectu carnis tem-
perate habens etiam neruos calidos reſpectu nerui tempe-
rati ſic erit in tempore ſenectutis: niſi per an̄s contingat aliđ
vel cum calida ⁊ ſicca complexio per decidentiam fit frigida
⁊ ſicca: vt dicit Ga. Ad vltimū dicendū ꝙ caro in ꝑma gene
ratione hꝫ cōplexionē nerueā: ⁊ neruus carneā vt poſtea re-
maneāt in eē pacifico. nec ꝯoperant̄ hoīe exn̄te ſano. ſꝫ tu di
ces q̄uo ſaluabis cōplexionē ꝑ coalternationē. Dicēdū ꝙ illa
dꝫ dici cōplexio ꝑ alterā coalterationē. i. ꝑ alterā ſumptionē:
vt al's. vel dicēdū ꝙ talis cōplexio nō ponit neceſſario ꝯ reſi-
ſtentiā mēbroꝝ ad inuicē. imo oīs cōplexio ſimul ſumpta ꝑ
quā mēbra ſic ſe ꝯfrāgāt: dr̄ cōplexio ex coalternatiōe q̄ dat̄
toti corpori: ⁊ vnicuiqꝫ pti in ꝑncipio gn̄ationis. iā apparet
nūc cōl'o ꝑ. nō credo eē nouā cōl'onē poſitā a Ga. ⁊ intellexit
eā Ari. ō nisi la cōplōe diuerſa. ſꝫ medici nō ſūt ſpeculati ſuꝑ

lla. Secunda cõcluſio eſt: ꝙ mẽbra principalia. ſ. cor ⁊ epar
⁊ cerebrum. non contra reſiſtunt. ſibi inuicem reſiſtentia po-
ſitiua: quia qualitates complexionales in ſeipis exiſtẽtes cor-
rumpant temperieꝫ inducendo ſiue ad contrarium: ſiue ad
ſenſibilem partem complexionis corrumpendo. ſed cor cali-
dum ſi generetur cum cerebro frigido: remanent ſic aſſocia-
ta ⁊ non temperant ſeſe nec temperie reſpectu caliditatis. vt
notum eſt. ⁊ non dubitatur nec temperie reſpectu cerebri tẽ-
perati nec reſpectu cordis temperati: nec tẽperant ſe nec cõ-
tra operantur taliter: ꝙ menſuram aliquam ſenſibilem pri-
marum complexionum corrumpant vel acquirant. ſed cere-
brum frigidum reſpectu temperati in tali ordine exiſtens ce-
rebrorum frigidorum. ⁊ cor calidius reſpectu cordis tempe-
rati in tali ordine cordium calidorũ remanent tota vita nõ
exeuntia illos complexionis terminos: cum quibus genera-
ta ſunt per aliquam actionem: quam ad inuicem faciunt ex-
emplum huius imaginemur ordinem cerebrorum frigidorũ
reſpectu temperati. ⁊ ſint tres exemplarie loquendo. Primꝰ
ordo ſit cerebroꝝ frigidoꝝ in primo gradu. Secundus in
ſecundo. tertius in tertio gradu. ⁊ quilꝫ ordo habet latitudi-
nem. vt quattuor per omnes etates per ſomnum ⁊ vigiliam
hiemem ⁊ eſtatẽ. ⁊ ſimilia imaginemur. ⁊ ſecundo ordinẽ ca-
lidorum cordium reſpectu temperati cordis. ⁊ ſit primus or-
do ordinum calidorum in primo gradu caloris. ſecundus in
ſecundo. tertius in tertio. dico ergo ꝙ ſignetur homo cum ce-
rebro frigido in tertio gradu frigiditatis: ⁊ cuꝫ corde calido
in tertio gradu caliditatis: illud cor ⁊ cerebrum non ſe con-
temperabunt poſitiue temperie: quia cor creat ſuum graduꝫ
caliditatis: nec quia cerebrum creat ſuum: nec quia ſenſibilẽ
partem qualitatum ſuaꝝ corrumpat. ⁊ ſic dicendum de aliis
gradibus ⁊ hoc homine exiſtente in ſua ſanitate. Hoc pbat
per Galienuꝫ in. j. de vtilitate particulaꝝ. c. iij. vbi rationibꝰ
pluribus hoc probat quas ſcripſimus ſuper noſtro ſcripto pͥ-
ma fen. iij. canonis. ſed dices tu: Galienꝰ non vult ꝙ cerebrũ

non infrigidet cor:ʒ ⁊ ꝙ non remittat partem ſenſibilem ſui
caloris.ſed vult ꝙ non reducat ⁊ perducat cor ad tepiditatē
amplius vult Galienus.ꝙ cerebrum principaliter.frigidum
factum eſt ad dandum ſenſum ⁊ motum:⁊ non frigiduʒ ꝑn
cipaliter ad infrigidandum cor.Dicendum ꝙ hec dicta nō
ſunt ad mentem Galieni:ſi quis inſpiciat. Nam ipſe vult ꝙ
cerebrum non facit infrigidationem caloris cordis ſimilē ei:
quam facit aer imo ex hoc ꝙ aer inſpiratꝰ temperat cordis
caliditatem.non oportet:ꝙ cerebrum contemperet calorem
cordis.vt Galienus dicit.ergo mens Galieni eſt:ꝙ cerebrū
non remittat partem calorem cordis.qḋ tamē facit aer apō
Galienum:⁊ ideo per illam rationē quam in his ſuis dictis
nouit:ʒ concederet Ariſto.ꝙ cerebrum non eſſet frigidum
pro ſenſu ⁊ motu non tamen concederet ſibi:ꝙ eſſet frigidū
ad remittendum calorem cordis:quia hoc facit aer.ampliꝰ
ſi ſenſibilis pars caloris in corde corrumperetur:mirabile eſt
ꝙ non ſentiremus illam alterationem.ſed tu dices:nos non
ſentimus illam que fit ab aere.Dicendum ꝙ forſan (vt alīs
declarauimus) aer non temperat calidum cordis corrumpē
do partem ſenſibilem.ſed hic eſſet ſermo prolixus.ſed cōtra
ꝙ a cerebro ad cor vadit neruus:qui in cerebro eſt frigidus:
in corde calidus.ergo cor repaſſum eſt a cerebro mediante
neruo.amplius aliqḋ cerebruʒ vadit a corde ſanguis qui eſt
valde calidus:⁊ proprie quum ſanguis vadit a corde coleri
co.ſed in cerebro eſt infrigidatus iſte ſanguis.ergo cerebrū
repaſſiue eſt calefactus.ad has inſtantias ⁊ conſimiles dicē
dum.primo ꝙ quando loquimur ḋ corde ⁊ cerebro:loqmur
de his cum omni modo complexionis ſue.cor igitᷣ per frigi
dum ſuo neruo ⁊ cerebrum ſuo calore non alterant ſe.ʒ tu
dices:non per frigidum eſſe fiebat alteratio. Dicendum ꝙ
generans dedit cerebro ſuam formam ⁊ cordi ſuam:cum q̄
bus ſtant in eſſe quieto cum ſua vita ſana.Cum igitur poſt
generationem ſpūs cordis a cerebro datus:⁊ ſpūs cerebri da
tus a corde aſcendit:ſpūs a corde ad cerebrum gradatim:⁊

deſcendit a cerebro ad cor gradatim. vt cum eſt iſte in corde non permutet cor: ſed quieſcat cum eo. ⁊ cum ille eſt in cerebro: quieſcat cum cerebro. Nec tamen cerebrum permutat cor ex hoc: nec cor cerebrum. Exemplum. Sint duo vaſa vnum fortis caloris. aliud remiſſi. ⁊ habeant vnuʒ conductū caloris gradatim a forti calore remiſſum. ⁊ tunc per illud cōductū tranſeat aliq̄d; gradatim ab vno in alterū vel in reliquum manifeſtum. quod vas vnum non dicitur aliud alterare: imo vtrumq; conſeruatur in menſura ſui caloris. niſi accidat ſubito ⁊ inordinate aliquid deferri de vno ad alteruʒ. ⁊ ſic de cerebro ad cor ⁊ econtra. ⁊ non quando propter egritudines fiunt inordinate lacerationes. i. eleuationes a corde ad cerebrum: tunc accidit cerebrum infrigidari vt in freneſi ex ſanguinis cordis feruore. ſicut etiam accidit in apopleticꝭ neruus. i. neruis cor infrigidari. lʒ per añs inflamet. Secundo modo poſſemus dicere: ꝙ omnes iſte alterationes ⁊ repaſſiones ſtant in latitudine complexiōis huius determinati cerebri: ſpiritus igitur a cerebro frigidus veniens ad cor colerice complexionis non permutat calorem actualem permutatione ſenſibili: imo ſtat in corde. ⁊ ſpiritus cordis eſt illi ſicut forma. ⁊ conſtat in ſua caliditate. ⁊ ſimiliter ſpiritus frigidus alīs feruidus vadens ab hoc corde ad cerebrum frigidū quantum ad vnam partem habet ſe vt materia: ⁊ tranſmutatur in ſpiritum animalem, nec in hoc cerebrum agens repatitur repaſſione permutanti eum a modo ſue complexionis: ſed patitur ſpiritus. nec hoc eſt īmutare cor: ſed ſpirituʒ cordis in cerebro. quantum ad aliam vero partem ſtat cerebro vt forma: ⁊ cerebrum a ſua complexione īnata ⁊ menſura iſtius caloris dati a corde eſt cerebrum potens in operationes ſuas. ⁊ eſt hoc cerebrum talis modi complexionis: illa autē menſura ſpiritus dat a corde eſt quantitatiua. quia omnibus membris cor dat ſpiritus ⁊ quantitatem caloris: ſed diuerſificatur in eis per quantitatem: ex qua diuerſitate apparet diuerſitas gradus, que diuerſitas gradus ſequitur

diuerſitatem quantitatis: non diuerſitatem forme caloris in
ſe: ſicut ē de calore grani piperis: ⁊ libre piperis. ⁊ ſi membra
poſt quantitatē ſpūs recepti diſponant ſpiritum qualitati-
ue. ⁊ ſpūs illa hec diſpoſitio non permutat illa a complexiōe
⁊ modo cōplexionis eis debito. imo ex hoc toto talr̄ fit ſua
complexio. quibus complexionibus completis membra re-
manent ſatiata ad inuicem. Dubitatur autem ſi ſpūs a cere
bro datus cordi ſtat in corde ⁊ ſpūs cordi ē illi vt forma: quo
modo igitur reſoluitur: vt alter ſpūs intret. dicendum ꝙ ca
lor cordis illū reſoluit. nec ex hoc exit cor a ſua complexione
Iſte. n. mutationes ſunt eq̄les illis: que fiūt de repletione ad
euacuationem in tempore ſanitatis: ⁊ de ſomno ad vigiliā.
⁊ quibus ſtat complexio animalis vt homo colericus eſt co-
lericus. dormiens. ⁊ vigilans. ⁊ fameſcens. ⁊ non fameſcens.
apparet iam prima pars noſtre concluſionis ⁊ diſputauim⁹
hoc in p̄ma fen tertij libri: que etiam demonſtrat hoc: ⁊ non
dicunt̄ vt contradictiones ad illa: ſed vt complementa ⁊ de-
clarationes. Secundo dico ꝙ cor ⁊ epar non contraoperan
tur ad inuicem poſitiue permutando determinatos modos
complexionum ſuarum inductarum in inſtanti generatio-
nis. huius probatio eſt: quia non inuenitur corpus tempera
tum in epate ⁊ corde. hoc eſt falſum: ꝯn̄a probatur quia pl⁹
contraoperantur cor temperatum ⁊ epar temperatum: ꝙ̄ cor
frigidum ⁊ epar calidum. Similr̄ quia propter eſſe contra-
ria cerebrum frigidum ⁊ epar calidum cor temperat epatis
calorem ſiue remittit. Ergo multo magis cor temperatū fa
cit hoc ſuper epar temperatum. Amplius tunc epar frigidū
nunꝙ̄ ſtaret cum corde calido: ⁊ ſic non inueniret̄ homo ca-
lidi cordis ⁊ frigidi epatis. Nam ſi membra illa reſiſtunt in-
ter ſe propter contrarietatem ſuarum complexionum quam
habet reſpectu medij in epate cor: ⁊ permutant ſuas cōple-
xiones aut partem ſenſibilem ſeu complexionis: igitur calor
cordis calidi occurrens epati frigido corrumpit ſuum frig⁹.
Nam ſi per aliquam menſurā temporis corrūperet vnā par

tem ſenſibilem frigoris eius: in duplo illius temporis corru-
peret alias duas partes: ⁊ ſic fiet epar complexionis calide.
ſic enim per emplaſtra calida calefacienius epar. q̄ non ſunt
maioris caloris ꝙ ſit cor calidum in genere cordium. rurſus
cor frigidum contra operatur: ⁊ reſiſtit epati calido. ergo cor
calidum magis contra operatur epati frigido ⁊ epati tempe
rato: quia magis opponetur illis. amplius non minus poteſt
qualitatiue reſiſti epati a ſplene ⁊ viſceribus: ꝙ poſſit ab epa
te cordi. etiam dico qualitatem non per tranſmiſſionem ma
terie. amplius cor calidū magnifice permutat epar frigidū
ergo multo magis permutabit epar temperatū verſus epar
calidum. Sed contra predicta illa membra cum ſint contra
riarum complexionum ſibi inuicem tranſmutāt naturas cō
trarias. igitur tranſmutabunt ſe. Amplius non eſt ſimile ꝺ
iſtis membris qn̄ ſunt temperata: ⁊ quando ſunt diſtempe
rata. quia ſi ſunt temperata: tūc calor cordis erit ſicut forma
⁊ perfectio caloris ⁊ ſanguinis epatis. ſed quando ſunt diſtē
perata contraria diſtemperantia: non erit hoc poſſibile: imo
bene tranſmutabit reliqua. ¶ Rurſus non eſt ſimile quod
dictum eſt de corde calido: ⁊ emplaſtris calidis. Nam cor ca
lidum cum tranſmutabit aliqua tranſmutatione epar frigi-
dum: ſtabit tunc in tali termino vltra quod non procedet. ſꝫ
epar manebit frigidum. poſtꝙ aliqua pars ſit frigoris ē cor
repta. ſed emplaſtra calida ſemper agūt quouſq; ex toto ca
lefecerint epar. Ad primum dicendū: ſicut diximus de cere
bro. ꝙ ſanguis qui aſcendit ab epate frigido ad cor calidū
patitur a corde: ⁊ informatur forma complexionis eius. nec
in repaſſione cor egit a ſua complexione nec a determinato
modo ſue complexionis quē habuit in principio generatio
nis ſanguinis ⁊ ſpūs calidi. ⁊ corde calido ſuper epate frigi
do ſtabunt illi epati vt forma ⁊ perfectio. ⁊ hoc epar frigide
complexionis remanens cum illo calore menſurato ſibi pro
ſua ſanitate. Ad ſecundum dicendū ꝙ iſte diſtemperantie:
ſunt ſane ſicut epati temperato ſtat vt forma calor tempera-

ti cordis ſicut etiam ⁊ in diſtemperato corde ⁊ in diſtempera
to epate ſtante ſanitate. Contra cor caliduꝫ nutrit epati fri
gido maiorem calorem quam nutrat cor temperatum epati
temperato: ſed ille calor ſtabit epati frigido vt forma; ergo
epar frigidum erit calidius corde temperato. Dicendum p̄
mo ꝙ cor calidum non dat epati frigido tantum ſpũm quã
tum dat cor temperatum epati temperato: ſed cor vniciqꝫ
dat: ⁊ vnumquodqꝫ recipit ſm̄ menſuram quã indiget ſm̄
ſuam complexionem ĩnatam. Secundo dicendum ꝙ q̃uis
illud concedatur: oportebit ponere ꝙ ille calor cordis remit
tetur in epate frigido. ⁊ in hac remiſſione nõ ē dicere ꝙ epar
infrigidet cor ſed caliduꝫ cordis infrigidatur in epate ⁊ epar
in hac actione non repatitur repaſſione qua exeat a medi-
co ſue complexionis frigide immo ſtabit in illo. Ad tertium
dicendum ꝙ ſi in aliquo tempore cor calidum ceſſet ab actio
ne ſuper frigidum epar: epar remanet complexionis frigide
cum corde complexionis calide: ergo cor calidum ⁊ epar fri-
gidum ſub iſtis menſuris quibus non prius ſe tranſmutant
potuerunt generari in principio generationis ⁊ in primo in
ſtanti. ⁊ ſemper tota vita ſtabunt pacifica. ampliꝰ detur hoc
tempus in quo deuentũ eſt ad has menſuras caloris cordis
⁊ frigoris epatis: non videtur eſſe niſi ſm̄ quemlibet tranſitũ
ſanguinis in epate ⁊ ſpiritꝰ cordis. ſed talis mutatio fit qua
libet die. non etiam eſt dicendum ꝙ epar qualibet die com-
plexionem mutet niſi ſicut accidit homini vigilanti ⁊ dormi
enti. ⁊ forſan minus ſumendo: igitur concluſionem integrã
dicemus. Nam apparente ꝙ membra principalia non con-
tra operantur ad inuicem poſitiue: nec alterant ſeſe ſm̄ mo-
dos dictos ⁊ ideo ſigna que proprie ſequuntur ea: non per-
mutantur vt communiter conceditur: hoc declarabitur. ⁊ ſi
tu conſideras: hoc ſentit Auerois quarto colliget. ca. ij. cum
dixit in epate ⁊ cerebro non eſt calor proprius in eorum eſſe
niſi caro partium conſimilium. ſed calor cum quo cerebrum
⁊ epar operantur operationes ſuas eſt de neceſſitate calor-

qui tranſmittitur a corde eis ⁊ ille calor eſt eis ſicut forma ⁊
calor qui eſt eis proprius eſt eis ſicut materia. ⁊ quia tempe-
rantia rei ⁊ perfectio actionis ſtat per formam ⁊, neceſſariū
vt quando cerebrum ⁊ epar ſunt temperata ſit principale co-
rum temperamentum propter formam ipſorum. Temperan-
tia autem ſuarum formarum eſt propter temperantiam cor-
dis quod eſt dator illarum formaꝝ. nec eſt dicendum ꝙ cor
mittat eis caliditatem ſuperfluam ⁊ ꝙ complexio que venit
cerebro ⁊ epati a ſuis complexionibus reſiſtit calori qui pro-
uenit a temperamento cordis: vt per hanc complexionem re-
ſultet in cerebro ⁊ epate temperantia complexionis. quia ta-
lis temperantia dicitur equiuoce ⁊ non vere vt faciat opera-
tiones. Apparet igitur ꝙ Auerois non vult ꝙ calor datus a
corde concurrat vt agens cerebro ⁊ epati: vt tranſmutans ſꝫ
vt perfectio perfectibili. ⁊ ſi concurrat aliter non eſt niſi in la-
titudine complexionis que eſt principium operationis. imo
illa equiuoce eſt complexio. quia eſt illa qua agunt imo om-
nes complexiones que ſunt agentes. ſ. data a corde que eſt
forma ⁊ propriam que eſt materia. Ad iſtam autē concluſio-
nem ſecundā confirmandā poteſt adducere rationes factas
in concluſione pͥma ⁊ dicere ꝙ membra principalia ad inui-
cem non ſibi contraoperantur. Primo quia iam ſunt actua-
ta quodā vno cōmuni calore dato a corde ſub quo ſicut for-
ma in eis ſtat pacificata non contrariantur. Secundo quia
tunc ſemper principalia haberent ad inuicem complexionē.
Tertio qꝛ fruſtra natura induxiſſet illā qualitatem quā vnuꝫ
in alterum corrumpit. Tertia concluſio eſt ꝙ membra prin-
cipalia ſibi ad inuicem reſiſtunt reſiſtentia priuatiua ſiue cō-
traoperantia: idē poteſt dici de mēbris conſimilibus ad inui-
cem. Ratio eſt. Nam illa membra ſibi inuicem priuatiue re-
ſiſtunt que generata ſub contrariis complexionibus prohi-
bent ſeſe ad inuicem labi ⁊ diſtemperari ad vlteriorem gra-
dum qualitatis: ſed cerebrum cor ⁊ epar ita ſe habent. ⁊ hoc
pͥmo declarat̄ de corde ⁊ cerebro que poſſunt habere contra

rietatem ſm̃ ꝙ talia in ſpecie reſpectu medij eorum ⁊ habet
contrarietatem in genere reſpectu medij in genere mem-
brorum.ſcꝫ.reſpectu cutis.⁊ dicemus ꝙ cor ſit calidiſſimum
membrorum refrenatum a frigiditate cerebri quod eſt mem
brum frigidum in genere membrorum ⁊ niſi eſſet contraope
rantia huius membri frigidi ad cor fieret in corde incendiũ
⁊ diſtemperies non ꝙ cerebrum partem caloris cordis prius
exiſtentẽ in corde corrumpat vt iam prius diximus:ſed prohi
bet incendium ⁊ hoc vult Ariſto.quarto de partibus anima
lium:ſi quis eius mentem ⁊ non ſuperficiem attendat. Sed
contra Auerois colliget quarto.capi.ij. Amplius Ariſto.
ſecundo de partibus dicit ꝙ cerebrum frigidum bene tem-
perat eam caliditatem que eſt in corde. Dicendum ꝙ illud
erit quando propter multa reumata cerebrum permutatur
a ſua ſanitate:vnde ille frequenter ſubhethicus fiet ex quo cõ
tingit cor ledi ⁊ permutari a ſua complexione priori. Ad ſe-
cundum dicendum ꝙ Auerois voluit ꝙ cerebrum oppone-
retur cordi niſi ad exceſſum poſſibilem ſequi eam euenire:ꝗꝛ
cor eſt multuꝫ calidum:vt igitur conſeruetur in menſura ſui
caloris ⁊ non recedat contraoponit̃ cerebro quod eſt frigidũ
quemadmodũ eſt de cerebro ⁊ corde in genere ita eſt in ſpẽ.
Nam ſi cor eſt calidum in genere cordium plus vel minus.ꝑ
hibet̃ eius ĩcendium ſi cum eo eſt cerebrum calidũ. Sed du
bitat̃ ꝙ cerebrum ꝓhibet exceſſum cordis frigidi. Dicendũ
ꝙ omne cor reſpectu cerebri eſt calidum ⁊ paratũ ad incẽdi
um niſi contraoperet̃ cerebrũ omne cerebrum ſtans ſub ter
minis ſanitatis ꝓhibet ſuũ incendiũ.ſꝫ cerebrũ frigidũ reſpe
ctu cerebri tẽperati plus põt facere hoc ꝙ̃ cerebrũ calidũ cõ
tingens:ergo ẽ ꝙ corde exñte calido cũ eo ſit cerebrũ calidũ
⁊ ꝯtingẽs ꝙ cũ eo ſit cerebrũ frigidũ ⁊ tẽpatũ ⁊ vtriꝗꝫ tẽpa
re.i.ꝓhibet̃ exceſſuꝫ calidi cordis ſꝫ plꝰ poſſit facer̃ h̃ cerebrũ
frigidũ ꝙ̃ cerebrũ calidũ l' tẽpatũ.ꝯtingẽs ẽt ẽ ꝙ corde exñte
frigido cerebrũ ſit frigidũ l' tẽpatũ l' calidũ ſꝫ hõi cordis fieri
incẽdiũ põt ꝓhibere cerebrũ calidũ.frigidũ.tẽperatũ.ſed plꝰ

facit hoc cerebrum frigidum ꝙ calidum vel temperatum ſed
ſufficiet ſibi minus frigidum cerebrum ꝙ cordi calido. ⁊ licet
cerebrum calidum poſſit melius prohibere infrigidationem
cordis frigidi ꝙ calidi cordis. iſta videntur ſatis nota ex hoc
apparet tibi ꝙ non ſolum cerebrum ⁊ cor hac reſiſtentia ſibi
inuicē reſiſtunt in animali actu procedente in vita: ſed in ani
mali cum generatur. Cum enim ſperma generat cor calidꝫ
ſic cor generat ſimiliter ſibi cerebrum frigidū: non poteſt cor
ad tantum gradum eleuare: ad quantum eleuare poſſet: ſi
cum eo adiaceret ſibi materia cum cerebro calido. Hec enim
materie pro corde ⁊ cerebro cum iam appropriantur adiacē
tes ſibi aſſociate prohibent ſeſe. ſi ſunt cōtrarie. Loquor au
tem ex poſſibilitate ex natura finis. nam cum cor cū cerebro
frigido poteſt melius perdurare in inteſiore gradu caloris:
ita. ſ. ꝙ non intendatur quantum cuꝫ cerebro calido: nec ita
loquor ꝙ natura agens ad generationem animalis debeat
facere pro complemento operis perfectiori. ſ. ante cuꝫ corde
calido cerebrum frigidum temperatum vel calidum. Nam
cum corde frigido cerebrum calidum vel frigidum vel tem-
peratum. ſcimus enim ꝙ ſimpliciter melius eſt cor eſſe tem-
peratum ⁊ cerebrum temperatum. ita ⁊ in alijs propoſitio-
nibus tu labora. Declaremus autem hanc reſiſtentiam pri-
uatiuam inter cor ⁊ epar que duo membra non poſſunt
contraoperari vel reſiſtere contrarietate quā habet reſpectu
medij in genere membrorum quoniam ambo ſunt calida re
ſpectu illius. Sed apparet hec contraoperantia per contra-
rietatem cōplexionum quā habet reſpectu medij cutis. Di-
cemus ergo ꝙ cor calidum epar frigidum hoc modo ſibi reſi
ſtit priuatiue. Nam epar frigidum non poteſt ad tantū ſub
leuari gradum vel exceſſum frigiditatis quādo cor eſt calidū
ad quantū ſubleuari poſſet qn̄ cor eſt frigiduꝫ ⁊ hoc apparet
ſi conſideras effectus horuꝫ membroꝝ. Et dicem⁹ ꝙ effect⁹
epatis frigidi ſit generare ſanguinem flegmaticum ⁊ epatis
calidi ſit generare ſanguinē colericū ⁊ cordis calidi ſit effect⁹

facere ſpm̄ igneum. ⁊ cordis frigidi facere ſpm̄ groſſum ⁊ obtuſſum. Si ergo epar ſit frigidum ⁊ coꝛ calidū. tunc epar non generabit ſanguinem tante cruditatis quante generaret: ſi cum hoc epate eſſet coꝛ frigidum. Et ſi epar calidum ⁊ coꝛ ſit frigidum generabit ſanguinem minoꝛis caloꝛis ꝙ ſi cum epate illo calido eſſet coꝛ calidum. ⁊ eodem modo eſt intelligendum reſiſtentiam in coꝛde factam ab epate. Coꝛ enī calidum ſi coniungatur epati frigido: non faciet ſpiritū ita igneum ſicut faceret epate exiſtente calido. ⁊ ſic intelligendū eſt de coꝛde frigido quod non facit ſpm̄ ita obtuſſū ⁊ frigidum ſi aſſocietur epati calido: cum igitur hec membra diſponantur in complexione ſm̄ ꝙ eſt diſpoſitio pꝛoductoꝛū ab eis. Dicimus etiā ꝙ epar calidū non eſt ſubleuatū ad tā tum gradū caloꝛis quando adiacet ſibi coꝛ frigidū ad quā tū ſubleuatur. vel ſubleuari poſſet quando adiacet coꝛ calidum ⁊ intelligitur de aliis. Sed dubitatur de tali reſiſtentia priuatiua ſeu comparatiua non ſolū eſt inter coꝛ ⁊ epar habentia complexiones contrarias reſpectu ſuoꝛū modoꝛum īmo inter coꝛ ⁊ epar temperata aliquando. Et nos dicam⁹ ꝙ quando eſt epar temperatum ⁊ coꝛ temperatum pꝛoprie inter ea non cadit contraoperantia immo conuenientia ad vnū perfectum opus. nec eſt aliquod perfectius ad quod poſſint comparari per exceſſum ⁊ diminutionē: ſed ſi vnū eſſet temperatū ⁊ reliquum diſtemperatū: tunc hec eadē reſiſtētia. ſ. comparatiua. nā epar temperatum ꝗuis faciat ſanguinē temperatū: non tamen faciet ſanguinē intemperatum quando coꝛ eſt calidū ſicut quando coꝛ eſt temperatū Apparet igitur quando eſt reſiſtentia priuatiua que etiam poteſt nominari comparatiua. ⁊ hanc reſiſtentiā a longe ⁊ quaſi fugitiue loquentes ſentiunt multi philoſophantes de quibus Pluſqꝫ cōmentatoꝛ fugiendo tetigit eā in regimī ſuper illo verbo epatis calidi conditiones vbi vult ꝙ reſiſtentia ab epate frigido ⁊ coꝛde calido eſt reſpectu eius quod mitteret de caloꝛe coꝛ ſi eſſet temperatū. ⁊ Dinus etiā ſentit hoc

quaſi currendo tranſiens ſuper illo capitulo de cordis autē
craſſibus. ⁊ Mundinus etiam qui inter omnes magis vacil
lauit ⁊ minus fixit ſententiam in hac materia ⁊ fugiendo te
tigit hoc ſuper illo capitulo epatis calidius ditiones. Que-
ſtionemus autem concluſionem quartam. ſ. an membra ꝑn
cipalia precipue cor ⁊ epar ad inuicem contraoperentur po
ſitiue. ſ. ſuper toto. Verbi gratia. ſuper muſculos ⁊ cutim ⁊
videtur manifeſtum in ſermonibus Galieni. ꝙ poſitiue con
tra operentur ⁊ ſolum ad hanc contraoperantiam protulit
verba. ſemper enim ponit ſigna repreſentata ad tactum cor
poris. Adiecit conditionem dicens. niſi contraoperetur vel
reſiſtet cor vel epar. ⁊ cum aſſignauit reſiſtentias in capitulo
ſignorum epatis calidi ⁊ ſicci. fecit hoc ponens ſignum ad
tactum. hoc autem videtur poſſe probare primo quia cor ⁊
epar poſſunt mittere materias contrarias vt cor calidū ſan-
guinem ⁊ epar frigidum ſanguinem flegmaticum. illa autē
conuenientia ſuper toto ſibi inuicem contraoperantur ⁊ ſe
refrangunt. Amplius minimum formale cutis informatur
diuerſis caloribus. ſ. cordis ⁊ epatis. ergo oportet ꝙ ſeſe re-
frangant. Amplius non minor eſt diuerſitas inter calorem
epatis ⁊ cordis q̄ inter calorem vole manus ⁊ pectoris vel
ventris. ſed occurrat vola manus pectori vel ventri eiuſdem
hominis: videmus ꝙ ſeſe alterant ⁊ contemperant. ergo mul
to magis ſanguis a corde ⁊ ſanguis ab epate ſuper cutim ⁊
muſculos facit hoc. Rurſus priuentur membra exteriora
pro aliqua menſura temporis ſanguinem ⁊ ſpiritu cordis ⁊
epatis ſaltim priuetur copia eorum vnde appareant actu fri
gida. ſicut videmus frequenter ⁊ pro eodē tempore quo cor
incipit mittere ſanguinem ſubtilem. incipiat epar mittere ſu
um: citius perueniet quem cor tranſmittat quia non bilius ⁊
ſubtilius q̄ quod tranſmittit epar: in illo igitur priori mem-
bra prius infrigidata caleſient calore ſolius cordis. cum igit̄

poſterius aduenit ſanguis epatis qui eſt frigidus reſpectu illius tranſmutat aliquid neceſſario de menſura illius calo-ris prius acquiſiti. Ergo poſitiue ſibi inuicem reſiſtunt. ⁊ in cuti ⁊ in muſculis ⁊ ſic in omnibus membris extra ſe nos autem propter rationes iam dictas iam ſubſtinuimus ꝙ cor ⁊ epar inuicem repugnant in habitu totius. ⁊ quando vnum eſt poſterius alio: corrumpat in totum alterius qualitatem ⁊ diſponatur tactus corporis ſ̄m illud membrum quod inuenit. ⁊ quia cor eſt fons ⁊ principium caloris: ideo caliditas a corde prorumpens ſuper totum corpus apparere facit totū corpus calidum ꝙuis epar ſit frigidum. Quia calor cordis magnifice ⁊ vigoroſe corrumpit epatis frigiditatem ſuper toto ſparſam. ⁊ facit corpus calidum ad tactum: niſi forſan epar excedat valde in frigiditate. ⁊ cor non valde in caliditate. Tunc enim cor ſuo calore non poterit vincere epatis frigiditatem nec corpus apparebit calidum. Tunc autem maxi-me contraoperatur epar cordi quando reſpectu caloris cor-dis valde excedit frigus epatis: frigiditas autem cordis vin-cit epatis caliditatem in toto: quia ſ̄m gradum frigiditatis cordis tactus apparet frigidus quamuis epar calidum: ſed non ſic magnifice frigiditas cordis vincit epatis caliditatē ſicut caliditas cordis vincit epatis frigiditatem. ⁊ ideo maxime vincibilis eſt epatis frigiditas. Si autem epatis calidi-tas ſit multa reſpectu frigiditatis cordis tunc epatis fortis caliditas vincit cordis frigiditatem. vt dictum ſit: ꝙ corde exiſtente frigido: totum corpus apparet frigidū niſi calor epatis contraoperetur. quod Galienus intellexit in ſignis frigi-di cordis. ſed tunc vehementer heſitant medici ſequentes viam predictam. quomodo eſt poſſibile: ꝙ caliditas epatis vincat frigiditatem cordis frigidum: cum cor ſit calidius calidiſſimo epate. Aut quomodo eſt poſſibile: ꝙ cordis frigiditas vincatur vel contraoperetur caliditati epatis cum potius ſibi

cooperet͂ ⁊ addat in caliditate eius.ſ.epatis.⁊ rn̄det:ꝙ epar calidū nō reſiſtit frigiditati cordis alterando ꝓpe.ſ; q2 epar ca lidū tribuit calidū ſaptū inflamari in corde. Aliter dñt:ꝙ hec reſiſtentia proprie non eſt reſiſtentia:ſed eſt quedam compa ratio.ſ.quia cor frigidus non ita calefacit epar ⁊ totū corpꝰ ſicut facit cor temperatū.⁊ eodē modo epar calidū dat cordi frigido ⁊ toti corpori ſanguinē calidiorē ꝙ det epar tempe ratus.Et de hac ſolutione concludamꝰ eos:quia omnis re ſiſtentia que ponit͂ eſt cōparatiua.ſequēdo igit͂ eoꝝ vias ad huc in humido ſic dicamus.ꝙ cordis humiditas non poteſt vincere ſiccitatē epatis.īmo epate exiſtente ſicco:corpus ap parebit ſiccū.⁊ ꝗuis cor ſit humidū: non poteſt ſibi reſiſtere in aliquo:aut valde modicū.⁊ huiuſmodi cauſā aſſignant quia epar eſt fons humiditatis a quo totius corporis humi ditas ⁊ humectatio prorrumpit.cū ergo deficit in eo cor:nō poteſt recuperari.maxime quia ꝫ cor ſit humidius tempera to:tamen ipm eſt valde ſiccū reſpectu epatis. Cordis autē ſiccitas poteſt vincere epatis humiditatē:magis ꝙ humidi tas cordis poſſit vincere epatis ſiccitatē.Cauſā huius aſ ſignant quia ꝫ cor non habeat potētiā in humectando qn̄ eſt epar ſiccū:habet tamen potentiā in exiccando humidi tatē epatis.⁊ tanto magis quanto cor eſt ſiccius tempera to corde.hoc tamen dicunt ꝙ non ſic potent͂ vincit cordis ca liditas ⁊ etiā cordis frigiditas epatis caliditatē ⁊ frigidita tem.quare ponunt ſiccitatē in medio int͂ qualitates cordis ⁊ ex toto illi ponunt humiditatem in medio int͂ qualitates epatis.Sed tamen conceditur intra medicos argumentū valde turbans eos.Et eſt queſtio:ſicut cor eſt principiū ca loris:ita epar eſt principiū humiditatis. Caliditas cordis eſt maxime vincens.Aut eſt queſtio ꝙ frigiditati cordis re ſiſtitur calore epatis ⁊ ſiccitati epatis non ſubuenitur humi ditate cordis ⁊ quilibet famoſoꝝ dat in hoc ſuā ſolutionē. Mundinus enī dicit ꝙ caliditas cordis magis vincit ꝙ hu miditas epatis quia eſt qualitas magis actiua.⁊ quia cū ca

ſtat fortis virtus. Contra ſermo eſt multum defectuoſus in
propoſito. Iam enim ex hoc ſequitur ꝙ epatis caliditas vel
frigiditas magis vinceretur ꝙ epatis ſiccitas. Thadeus au
tem innuit ꝙ frigiditati cordis ideo poteſt reſiſti quia in epa
te multum poteſt intendi caliditas qua ſubuenitur frigidita
ti cordis. Sed in corde cum ſit membrum ſiccū non poteſt
multum intendi humiditas. ideo non poterit contra ſiccita
tem epatis. Hec ſolutio ſatis apparens ē. ſed adhuc ſtat dif
ficultas argumenti. Nam cor reſpectu ſui medij poteſt diſtē
perari in humido ſicut epar in calido. amplius nec poteſt ſal
uare ſententiam Galieni. Nam ſicut cor non poteſt excede
re in humido: quia eſt membrum ſiccū. Et ideo non poteſt
reſiſtere ſiccitati epatis: ſicut cor non poteſt excedere in frigi
do. ⁊ ideo non poterit reſiſtere caliditas epatꝭ quia epar eſt
membrum calidius fere: vt cor ſm eius dictum. Sed plus ꝙ
cōmentator ſoluit dicens ꝙ nō eſt ſimilitudo inter cor ⁊ epar
in hoc ꝙ eſt cor principiare caliditatem: ⁊ epar principiare
humiditatem: quia nullum membrū nutritur aliqua humi
ditate quam primo epar non digeſſerit ⁊ non ſibi tranſmiſſe
rit. Sed membra bene habent calorem quendam preter illū
qui influitur eis a corde ⁊ ideo defectus humiditatis ſeqns
ſiccitatem epatis non eſt recuperabilis: ſed defectus caloris
ſequens frigiditatem cordis eſt recuperabilis ꝙuis modicū
Hanc ſolutionem ſequitur Dinus. Hec ſolutio apparens
non ſatiſfacit quia licet membra non nutriantur niſi humi
ditate data ab epate tamen habent in ſe humiditatem com
plexionalem ſm quam ſunt conſtituta ex elementis ſicut ⁊
tu dicis ꝙ habent calidum aliquod a ſeipſis ⁊ ideo poſtꝙ vi
dimus hec omnia viſum eſt nobis tenere ꝙ membra princi
palia ſuper toto non contra operentur poſitiue ſed compa
ratiue ſeu priuatiue ⁊ hoc in diſpoſitione ſanitatis. Ratio
huius eſt quia calor miſſus ad cutem ⁊ ad muſculos a corde
comparatur calori miſſo ab epate ſicut forma ⁊ perfectio q̄
non ſeſe tranſmutant ⁊ non ſeſe corrumpunt ſed perficiunt

ſeſe. añs pz. ij. colliget ⁊ probatur qꝛ calor datus epati a cor-
de comparatur vt perfectio ita ⁊ quod dat cor membris alijs
comparabitur vt perfectio reſpectu eius qḋ dat epar. ratio
ͨinatiue ergo loquendo dicamus ꝙ quando in vno loco re-
cipiunt̃ hec duo corpora data a corde ⁊ data ab epate. quod
dat cor eſt ſicut perfectio eius qḋ dat epar. ita ꝙ ſi ſanguis
frigidus ab epate eſt flegmaticus remanet flegmatic⁹ in ve-
na ⁊ in poro. ⁊ ita ſi eſt colericus: manet colericus. eodez mo-
do de eo qḋ dat cor. nec trahũt ſe a ſuis latitudinib⁹: nec ſen-
ſibiles partes ſuarum cõplexionũ corrũpunt. ſed vnum cõpa-
ratur vt perfectio alterius. ſic etiaȝ quãdo recipiuntur in eo-
dem loco qualitatiue. Uerbi grã: in minimo formali carnis
vel cutis caliditas vel qualitas data a corde eſt ſicut pfectio
⁊ forma caloris q̃ eſt qualitas data ab epate ⁊ vna non corrũ-
pit aliã. ſed vt groſſo mõ loquar vna ſubeſt alteri vt materia
⁊ perfectibile ⁊ ſic quodammõ vna qualiditas in actu hñs il-
las duas vt ſuas partes. ſ. formalẽ ⁊ materialẽ. i. perficienteȝ
⁊ perfectaȝ. lȝ hec tota caliditas ſit vt forma vna. ⁊ perfectio
caloris elementaris q̃ ex elementoꝝ mixtione iſte aut tot⁹ ca-
lor eſt q̃ apparet ad tactum. ſ. ille qui q̃litatiue informat mẽ-
bra ⁊ ille qui eſt in his corporibus ſtantibus in poris ⁊ in alijs
concauitatibus ⁊ repreſentatur vole manus medici tangen-
tis imediate alterando ⁊ per vapores qui ſurgunt a corpori-
bus conſimiles ſuo calori ⁊ tunc ſi cor ſit calidum ⁊ epar ca-
lidũ apparet ad tactũ corpus calidum. ſi ſunt frigida appa-
ret ad tactum frigidum quemadmodum autem caloris trã-
ſmiſſi a corde ⁊ epate non contraoperantur ad inuicem po-
ſitiue ſuper cutim ⁊ carnem ⁊ muſculos imo ſtant vt perfecti-
bile ⁊ perficiens pro operationibus illarum partium. ita iſti
non contraoperant̃ cõplexionibus inate ⁊ potentiali cutis
⁊ muſculoꝝ ſed ſtant vt actus ⁊ perfectio illoꝝ. ⁊ ideo ſi in p̄-
ma generatione cutis ſit generata complexionis colerice ⁊
etiam muſculus ſiue cor ſit colericus ſiue flegmaticus cutis
erit in ſpecie cutium colerica vel flegmatica ⁊ recipiet mẽſu-

nam caloris cordis ſm diſpoſitionem ſue cōplexionis. ſicut ꝫ
⁊ ſi cor eſſet flegmaticum ⁊ cutis in ſua complexione colerí-
ca. ſed cutis ſimul cum illo ſpiritu ſibi appropriato ſit cutis
colerica: tñ ſpūs in ſe acceptus dr̄ ſpūs flegmaticus oportet
aūt videre quomodo cor ⁊ epar comparatiue ſiue priuatiue
in habitu totius in muſculis ⁊ cuti expedit aūt hoc declara
re per iudicium tactus cōparātibꝰ ⁊ calor datus ab illis mē-
bris tactu percipit̄. Dicamus .n. ſm monē Ga. ꝙ ſi duo princi
pia cor ⁊ epar conueniant in cōplexione totuꝫ corpus ſm il
la diſponit̄ vt ſi cor ⁊ epar ſit calidum: totuꝫ corpus ad tactū
apparebit calidum manifeſte. ſi aūt ambo ſint frigida corpꝰ
apparebit frigidum: ꝙ ſi cor ſit calidum ⁊ epar frigidū ⁊ cor
dis caliditas ſit amplior frigiditate epatis apparebit corpꝰ
calidum ad tactum. ſed minus ꝙ̄ ſi cū illo corde calido fuiſſꝫ
epar calidum ⁊ hoc non eſt qꝛ calor diminuitꝰ datus ab epa-
te frigido corrumpat aliquam parteꝫ caloris dati a corde ca
lido. ſed qꝛ ſumma tota caloris ex duobus caloribus eſtꝰ mi-
nor ꝙ̄ ſi cor ⁊ epar eſſent calida ⁊ ſm hanc ſimilitudinem in
alijs qualitatibus cordis ⁊ epatis. Ad roborandum autem
poſitionem dictam ⁊ declarandum eam.

Dubitatur primo. Nam omnis tactus calidus
⁊ frigidus magis ⁊ minꝰ in hoc videtur cōpara
ri ad aliquod verum medium: quero igitur ad
quid comparamus cum dicimus tactus calidꝰ
eſt ſi cor ſit calidum. Secundo dubitatur quia
ſicut alius eſt tactus corporis a corde calido ⁊ epate calido
⁊ temperato ⁊ alius tactus quando cor eſt calidum ⁊ epar
frigidum: ita videtur ꝙ ſit alius pulſus quando cor eſt cali-
dum epar frigidum. Erit enim pulſus minoris velocitatis
corde exiſtente calido cum epate frigido ⁊ maioris epate ex-
iſtente calido cum corde frigido. Et ſequitur ex hoc ꝙ ſigna
pulſus q̄ ſunt familiaria ⁊ domeſtica pmutant̄ ſicut ſigna ad
tactū i habitudīe totꝰ. Tertio dubitat̄ qꝛ ponēdo hāc regulā

comparatiuã ſiue priuatiuã equi aliter quelibet qualitas' vin cit aliam vt non magis calor cordis vincat frigus epatis ꝙ frigus epatis vincat calorem cordis.vel non magis ꝙ frigi ditas cordis caliditatem epatis. Poſſumus enim dicere ꝙ calido exiſtente corde ⁊ epate frigido non eſt tactus ita cali dus ſi ambo ſint calida ⁊ eodem modo epate exiſtente cali do ⁊ corde frigido tactus non eſſet calidus:ita ſicut ſi ambo eſſent calida ⁊ epate humido ⁊ ꝺ corde humido:ſi ergo am bo ſint humida:tactus eſt humidior ꝙ ſi cor ſit humidum ⁊ epar ſit ſiccum.Quomodo ergo hos modos reſiſtentiarum adaptauimus ad verba Gallieni. Ad primum dico ꝙ extre ma contraria qualia ſunt tactus apparens calidus humid⁹ frigidus ⁊ ſiccus non neceſſario comparantur ad medium. Poſſemus enim imaginari quattuor media. Unum eſſet equale ad pondus.ſed illud non poſſet cadere in noſtra con ſideratione in comparatione actionis tact⁹ corporis huma ni viuentis apparebit tactus corporis reſpectu illius calid⁹ ⁊ nullus erit frigidus.maxime ſm membra noſtra principa lia: Secundum medium eſſet cor temperatũ inter omnia corda ⁊ ad tactum venientem a tali ſolo corde imaginabile licet non poſſibile de facto compareremus omnem tactum ⁊ tunc corpus ad tactum diceretur calidius quod apparet ca lidius illo vel frigidius ⁊ humidius ⁊ ſiccius ⁊ iſtud mediũ in tactu non poteſt nobis eſſe regula:quia tunc nunꝙ dice re poſſemus ꝙ ab epate calido eſſet calidus tactus nam ca lidum epar eſt infra calorem frigidi cordis.Si ergo cor frigi dum faciat tactum frigidum.ſ.reſpectu temperati cordis er go multo magis epar calidum faciet tactum frigidum reſpe ctu cordis temperati.nec etiam poſſemus dicere ꝙ ab epate ſicco tactus corporis appareat ſiccus reſpectu diſtemperati quia ſiccum epar eſt humidius temperato corde. Tercium medium eſſet imaginabile tactus temperatus a ſolo tempe rato epate ad aliud referret omnis tactus calidi frigidi ⁊ ſic ci ⁊ humidi ⁊ diceretur ad illum ſicut imaginamur ⁊ hoc me-

dium non poteſt eē nobis regula ad quam tactus alios com
paremus. nam nunqꝫ a corde frigido tactus apparet frigid⁹
cum frigidius cor ſit calidius epate temperato immo epate ca
lido nec a corde ſimil'r humido apparet corpus ad tactuz hu
midum cor humidum ſit ſiccum reſpectu temperati epatꝭ re
linquitur ergo quartum medium ꝛ eſt tactus temperatus a
corde temperato ꝛ epate temperato ꝛ tunc erit hic tactus ve
re medius ꝛ vere regula ꝛ vere temperatus qꝛ cutꝭ ꝛ muſcu-
li ex complexione elementari ſiue inata ſunt temperati. Fin
gamus ergo hominem habentem cutim temperatam ꝛ cō-
plexionem inatam ꝛ muſculos ſimil'r ꝛ cor ꝛ epar temperata
que nutriunt ſuos calores temperatos. Tange ergo hunc ho
minem vel cum intellectu finge tactum illius dico ꝙ ille erit
tactus ad quem alia tangenda corpora ꝛ tact⁹ comparam⁹
ſicut ſtatuas ad ſtatuam policleti: vt dicit Galienus: ſi ergo
cor ꝛ epar ſunt calida erit totum corpus ad tactum calidum
reſpectu illius ꝛ ſi frigidum ꝛ ſi contrarientur hec duo mem
bra in complexionibus ſuis tunc tactus erit ſm̄ victoriaz mē
bri habentis intenſiorem caliditatem: vt dicit Ga. non ꝙ potē
tior corrumpat aliam: ſed ꝙ ex illis duabus qualitatibus cō
trarijs ſit tactus remiſſior quam ſi ambo conuenirent. Uer
bi gratia. ſi cor ſit calidum ꝛ epar frigidū ꝛ cordis caliditas
plus excedat a corde temperato quam epatis frigiditas ab
epate temperato fiet tactus calidus reſpectu tactus tempe-
rati predicti ſed minus calidus quam ſi epar fuiſſet caliduz
cum illo corde calido: ꝛ ſic ponas exemplū in alijs contrarie
tatibus ꝛ apparet ꝙ modi reſiſtētie dicunt̄ comparatiue qꝛ
comparant̄ ad media ꝛ extrema que ineſſent ſi cor ꝛ epar cō
uenirent: dicunt̄ etiam priuatiue qꝛ priuant̄ tact⁹ qui. ineēnt
ſi ambo principia conuenirent in diſtemperantia ꝛ non dñr
priuatiue qꝛ non corrumpat̄ qualitas preexiſtens: vt iam de-
clarauimus. Hic autem non oportet tranſire ſine forti dubi
tatione ꝛ eſt ꝙ videt̄ ꝙ ſit dare quintum medium extremita
tum tactus. Uerbi gratia. calidi tact⁹ ꝛ frigidi tactus a cor-

de calidiſſimo cõiuncto epati frigidiſſimo: itaqꝫ vtrunqꝫ vl
time recedit a ſuo medio tangendo hoc corpus non erit ca
lidi tactus qꝛ equipotenter contraoperaꝰ epar frigiduꝫ: nec
frigidi tactus qꝛ eque contraoperaꝰ coꝛ caliduꝫ. eſt ergo coꝛ
pus temperatum. ſed non eſt temperatuꝫ aliquo de predictꝭ
cõmodis. De tribus. ſ. primis medijs apparet. ⁊ de quarto.
nam hõ temperati epatis ⁊ cordis ⁊ habitudinis totius ali
ud debet hr̃e mediũ caloris ⁊ tactus ꝙ hõ qui ſimul haberet
coꝛ calidiſſimum ⁊ epar frigidiſſimum vel econtra. Iſta dif
ficultas poſſet euitari vijs duabus. Prima ꝙ iſta complica
tio non ſit poſſibilis. ſ. cordis calidiſſimi ⁊ epatis ⁊ econtra.
ſed hec via non placet. qꝛ lꝫ forſan coꝛ non poſſet generare
ita calidum cum epar generaꝰ frigidum: ſicut quando gene
raꝰ epar caliduꝫ eo modo quo diximus de cerebro. tñ poteſt
generari coꝛ ⁊ epar cum multa contrarietate complexionis.
Secunda via eſt ꝙ lꝫ genereꝰ cum iſta contrarietate eq̃ for
mi reſpectu mediorum. tamen coꝛ calidum magis repreſen
tabit ſe ſuo caloꝛe ꝙ epar ſuo frigoꝛe. i. remiſſo caloꝛe. ⁊ nec
iſta via valet ſequendo que ſunt conceſſa ꝙ quando coꝛ ẽ ca
lidum ⁊ epar frigidum ⁊ eſt potentioꝛ caliditas cordis ꝙ fri
giditas epatis: tactus eſſet calidus. ſed ſi epar fortius plus d̃
clinat ad frigus ꝙ coꝛ ad caloꝛem: tunc ſit tactꝰ frigidus vi
cto caloꝛe cordis a frigoꝛe epatis. Ponaꝰ ergo caloꝛ cordis
calidi ⁊ frigus epatis frigidi equipotentes manifeſtum erit
ꝙ tactus erit inter frigidum ⁊ calidum. Dicemus ergo ꝙ ta
ctus huius corporis ſequentis contraria coꝛ ⁊ epar equipotẽ
tia: erit ſicut tactus hominis temperati haběꝭ illa mẽbra tẽ
perata. ⁊ rõ eſt qꝛ caloꝛ a corde calidiſſimo intenſus eſt: ⁊ ca
loꝛ remiſſus ab epate frigido ſtante in eiſdem partibus cutꝭ
⁊ carnis ⁊ poris non poſſunt diſtincte imprimere in diſtinctꝭ
partibus manus tangentis. ⁊ ideo recipiꝰ caloꝛ in forma me
dia inter illos modos caloris. Nam tactus ſolus cognoſcit
illa in rõne calidi ⁊ frigidi. ⁊ non in quantum ſunt intenſio
nata. Exemplum: ſi tepiditas aque non eſt vna forma: imo

ſunt queda in partes calide iuxta quaſdā frigidas. apparet
autem forma tepida ꝑꝑ non imp̄mere diſtincte ⁊ hoc appa-
ret in aqua tepida. ſicut ſi reperiret quoddam itetum tepi-
dum uniformis tepiditatis cuius tamen calor q̄ apparet ī cu
te habentꝫ illa membra diſtemperata cor ⁊ epar: ſic ad tactū
calidior quidē tepidus ſiue temperatus fingēs ſimilem tactū
ei qui eſt in homine vere temperato: in principalibus tamen
pro operationibus ſ̄m actiones tactuales in illo homine, ca
lor ille non eſt bonus nec temperatus q2 eſt in ſe compoſitus
ex formali ⁊ materiali diſpoſitionibus ⁊ diſproportionibus
ad iuſticiam. Et ideo ſi quis effectus ſequeretur tranſmuta
tionem humorem in membris facta a calido ⁊ frigido ꝓpor
tionatis non ad iuſticiam tantum quantum requirit ſenſus
tactus poſſent apparere in iſto homine contrariorum ꝑnci-
palium ſicut in temperato. Verbi grā. quantitas pinguedi
nis muſculoꝝ ⁊ forſan carnis non ſenſitiue hoc debet intrin
ſeca operatione ſatis cōſimilia homini tēpato tm̄ in opatio-
nū pfectione erit diſſimilis. Illa tm̄ q̄ nunc dixi nō oīno affir
mo. Ad ſecundā dubitationē dicendum ꝙ ipa non q̄rit aliđ
niſi q̄ ſigna ſunt q̄ permutant̄ quando hec duo ꝑncipalia p-
mutant̄. Verbi grā. corde exn̄te calido ⁊ epate frigido pulſus
eſt velox frequens reſpectu tēperati pulſus ⁊ ſanguis arteria
rum calidior ſanguine tempato. ſꝫ epate exn̄te frigido ſan-
guis erit flegmaticior tēperato ⁊ vrina minꝰ tincta ꝙ vrina
tēpati epatꝭ. nō tm̄ ſanguis arterialis erit. ita colericus ⁊ ita
calidus ſicut eēt ſi cū corde calido fuiſſꝫ epar calidū. nec ſan
guis veñaꝝ erit ita flegmaticꝰ nec vrina ita cruda ſicut eſſꝫ
ſi cū epate frigido eſſꝫ cor frigidū. Signa āt ſumpta a tactu
dñr non pmanere ex hoc q2 poſſibile eſt pmanere. Nā corde
exn̄te calido ⁊ epate frigido poſſ̄e eſt ꝙ tactus corporis ſit ca
lidꝰ q2 plꝰ excedit calor cordis ꝙ frigiditas epatis. ⁊ tm̄ iſte
hō habebit tactū recedentē a tēpamento p calorēꝫ in ſuma
tactuū calidoꝝ: ſꝫ non in tanto exceſſu caloris in q̄nto eēt ſi
cor ⁊ epar eſſent calida. ⁊ erit ēt piloſus ⁊ tunc venit ſignū a

tactu cum ſigno a pulſu q̃ꝛ iſte habebit velocē pulſuȝ ⁊ tactū corporis calidū. poſſibile ē et ꝙ corde exñte calido ⁊ epate fri gido: tact⁹ corporis reſpectu temperati tactus appareat fri gidus ⁊ hoc q̃ꝛ multo plus excedit epar a temperato epate per frigus ꝙ̄ cor a temperato corde per calorem ⁊ tunc cum corde calido eēt tactus corporis frigidus ⁊ ſi diſpoſitio pilo rum ſequitur cutim ⁊ muſculos erit hic paruoꝝ piloꝝ ⁊ diſcō ueniet ſignificatio a tactu ⁊ ſignificatio a pulſu q̃ꝛ corde ex iſtente calido ſemper pulſus remanet in ſuo tactu caloris. ſ; tranſire poteſt in aliquam latitudinem tactus frigidorum ⁊ eſſent equiualentia horū exceſſuum ſignificare tactuȝ tem peratum: vt diximus. Galienus aūt nō curauit dicere aliq̇d de hoc temperato tactu eo apparente in hoīe contrariorum principalium. ſ. cordis ⁊ epatis contrarietate equiualenti. Dixit enim ſemper ſermonem clauſum dicendo ꝙ tali exiſtē te corde vel epate fit ſimilis tactus in toto niſi contraoperetꝛ tale vel tale: inuit ergo illū tactū poſſe nō eē: ſ; nō expſſit q̇s eſſet tact⁹ an oppoſit⁹ an medi⁹. V. G. dicit Galien⁹ ꝙ epa te calido totū corpus apparet calidum niſi cor contraopere tur ſua frigiditate. ⁊ in hoc ſmone īuit ꝙ exñte calido epa te pōt tactus non eſſe calid⁹: ſ; pōt cū hoc eē frigid⁹ vel tēpe ratus. nō ergo expſſit q̇s iſtoꝝ ſit l; poſtea expreſſe dicit Ga. ꝙ dominatꝛ ſimilitudo. ſ. ad tactum membra habentis vehe mētiorē caliditatē epatꝭ. ⁊ epar a corde. pp ſolutioneȝ tertie difficultatis dicem⁹ exñte cordis ⁊ epatis tēpamēto ī calido opȝ imaginari caliditatē. i. calorē q̇ nobis tangentib⁹ occur rit. ⁊ apparebit nobis tact⁹ rei calide reſpectu equalitatꝭ ad pondus ⁊ reſpectu cutis ſumpte in ſeipā. In illa. n. forma ca loris maiorē partē habet cor q̃ꝛ eſt calidius ꝙ̄ epar. ſed cum hoc magnam partem habet epar cum ſit membrum calidū In qualitate igitur quam tangimus cor modiciſſimum po nit de humiditate: ⁊ multum valde de caliditate. Epar ve ro econtra. ¶ His ergo prius intellectis apparet quod nō omnis reſiſtentia eſt equalis facilitatis: imo quedam facilis:

quedā difficilis. Eſt aūt reſiſtentia facilis q̄ fit ꝑ qualitatē ꝑ
quā mēbrum modicū alterat̄ in tactu. Illud .n. diſtēperamen
tū facilr̄ reſiſtit̄. ſ3 illa eſt difficilis reſiſtentia in qua mēbrum
multum diſtemperatū exiſtit ⁊ q̄ magis in tactu apparet: er
go caliditas a corde procedens poteſt vincere frigiditatē ab
epate prorumpētē ⁊ facilr̄ q: in caliditate q̄ tactui repreſen-
tatur maiorem partem ponit cor. Sed prolixitatem euitādo
dicamus de mō ſe habēdi ipſius cordis in humiditate in quo
non ē dubiū. ꝙ l3 cor dicat̄ humidū nihil forſan ponit de hu
miditate in corpore. imo cōtrariū. dicere .n. cor eē humidū nl
aliud ē quā dicere minus ſiccū. Dicam⁹ ſecundo ꝙ epar hu
midū talr̄ īmutat corp⁹ qḋ illo exiſtente humido eſt difficile
tactū ſiccū apparere q̄re colligat̄. qḋ forma q̄ tactui humida
repreſentat̄ ab epate tota vel fere tota dependet. L3 .n. epate
exiſtente humido ⁊ corde ſicco poſſibile ſit ꝙ tact⁹ appareat
ſiccus: epate tū exn̄te ſicco poſſibile ē ꝙ tact⁹ appareat ſicc⁹
ſed nunꝙ apparet ꝙ epate exn̄te ſicco a corde humido tact⁹
appareat humidus. Ad rōnes reſpondendum. Ad ꝑmā di-
cendū ꝙ ille materie contrarie q̄ trāſmittunt̄ ſe habent vt ꝑ
ficientes ⁊ ꝑfectibiles ⁊ non vt corrumpentes. Ad illud dicē
dum ꝙ calor in manu non debet eē ꝑfectio caloris cutis ven
tris: vel dicēdū ꝙ alterata eſt man⁹ ab epate vel ventre a va-
poribus carnis: ⁊ propter hoc ſe tranſmutant. Ad aliud dicē
dū ꝙ minimū cutꝫ recipit illos duos modos caloris: vt duas
formas ꝑ vna operatione q̄rū vna ē alteri ꝑfectio vt calor ſo
lis plante loquor in exēplo. Ad aliud de ptib⁹ nr̄is exiſtēti-
bus ſanis verificat̄ qḋ dictū ē. egro .n. exn̄te epate poſſet alte
rare ⁊ corrūpere cor ⁊ calidū ei⁹ in eo ⁊ in mēbris ⁊ econtra.
q̄re non ꝓportionant̄ ad inuicē: cū aūt man⁹ ē ꝓuata calore
tūc ē egra. ſ3 calor cordis ſi ſuperueniat man⁹ aut nō trāſmu
tabit̄ neq3 trāſmutabit ſ3 ſtabit vna q̄litas alteri vt materia
forme aut ecōtra vel perfectio perfectibili.

¶ Explicit tractat⁹ ſingularis de reſiſtentijs
Magiſtri Gentilis de Fulgineo. Deo gr̄as

37 v.

Manoel Carreira de magalhais

BIBLIOTECA UNIVERSITATIS CONIMBRIG

ROBERTUS
DE VALLE

PAULUS
EGINETA

GENTILIS
DE FULGINEO

PETRUS DE
RUSIGNANO

Sala
Gab. R
Est.
Tab. 10
N.º 14